


13-37-19  
(A)



# CONSTITUTIONES A D. NOSTRO PHILIPPO


HISPANIARUM, ET INDORUM REGE INVICTISSIMO

PRO MELIORI REGALIS SIMUL, ET IMPERIALIS

## DIVÆ CATHARINÆ

COLLEGII UNIVERSITATIS GRANATENSIS REGIMINE,  
& pro firmiori, validiorique ejusdem Collegii Regii Patronatus conservatione,  
atque pro illustriori Collegarum seorum splendore in Augustioris  
signum liberalitatis Diplomate Regio  
concessæ.

GRANATÆ: EX TYPOGRAPHIA JOSEPHI DE LA PUERTA.  
Anno Domini MDCCXL.





# EL REY. ON PHELIPE,



POR LA GRACIA DE DIOS,  
Rey de Castilla, de Leon, de Aragón, de las dos  
Sicilias, de Jerusalen, de Navarra, de Granada;  
de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallor-  
ca, de Sevilla, d. Cerdeña, de Corega, de

Murcia, de Jaen, de los Algarves, de Algecira, de Gibraltar, de las  
Islas de Canaria, de las Indias Orientales, y Occidentales, Islas, y  
Tierra Firme del Mar Oceano, Archiduque de Austria, Duque de  
Borgoña, de Bravante, y Milán, Conde de Abspurg, de Flandes,  
Titol, y Barcelona, Señor de Vizcaya, y de Molina. Por quanto el  
Colegio de Santa Cathalina Martyr, que en la Imperial Vniversidad  
de Granada fundó, y dotó el Señor Emperador Carlos Quinto, mi  
glorioso Progenitor, se ha hallado por muchos años obsecucido, y  
vsurpado à mi Real Patronato, y que para reintegrarle se siguió por  
mi Fiscal, coadyubado del Rector, y Colegiales de el mismo Colegio  
vn Pleyo muy difuso en los Estrados de mi Consejo de la Camara,  
donde se declaró por Autos de vista, y revista, tocarme, y pertenecer-  
me *in solidum*, y à los Reyes mis sucessores el Patronato de él; y que en  
su conseqüencia se expidió vna mi Real Carta Executoria, su data à  
onze de Febrero del año proximo passado, que original se guarda en  
el Archivo del enunciado Colegio: conviniendo mucho al servicio de  
Dios, y mio, que el Rector, y Colegiales de él tengan Constituciones,  
y Estatutos, para su regla, y govienro, y que sirvan al mayor lustre, y  
explendor de todos sus Individuos, y conservacion de mi Real Dere-  
cho de Patronato, he tenido por bien de mandar, se formen, las que  
se ayan de guardar, y cumplir: Y aviendose así executado, y visto  
en mi Consejo de la Camara, donde se aprobaron, y confirmaron es  
mi voluntad, y mando, que el Rector, Colegiales, Ministros, y demás  
Sirvientes del referido mi Real Colegio de Santa Cathalina Martyr  
de la Imperial Vniversidad de Granada, cumplan, y observen las  
Constituciones, y Estatutos siguientes.

A

INTER-

2.  
INTERROGATORIO PARA LAS PRUEBAS PÚBLICAS,  
que se han de hacer a los Presidentes, admitidos a la Beca de maestro  
Colegio Real, e Imperial de Santa Cathalina Martyr  
de la Universidad de Granada.

**P**untas siguientes se comunican en los trámites de la Información: que de oficio se ha de hacer por parte del Colegio de Santa Cathalina Martyr de la Imperial Universidad de Granada, sobre la legitimidad, limpieza de sangre, y oficios, vida, y costumbres de D. N. natural de &c., à quien el Rector, y Colegio Real de Santa Cathalina Martyr, tiene hecha gracia, y merced de una Beca de &c.

1. Si conocen al dicho D. N. natural de &c., y à sus Padres D. N. natural de &c., y à D. N. natural de &c., y vecinos de &c., y à los Padres de estos, y demás ascendientes, digan, &c.

2. Si saben, que los dichos D. N. y D. N. Padres de dicho D. N. fueron casados, y velados, segun orden de nuestra Santa Madre Iglesia, y que mediante su matrimonio, huvieron, y procrearon al dicho D. N. su hijo legitimo, y como à tal lo criaron, educaron, y alimentaron, digan, &c.

3. Si saben, que el dicho D. N. Padre del dicho D. N. es hijo legitimo de legitimo matrimonio de D. Fulano, y de Doña Fulana, naturales, y vecinos de &c., y que durante su matrimonio fue avido, tenido, y procreado como tal, digan, &c.

4. Si saben, que la dicha D. N. Madre del dicho D. N. es hija legitima de legitimo matrimonio de Don Fulano, y de Doña Fulana, naturales, y vecinos de &c., y que durante su matrimonio fue avida, educada, y alimentada como tal, digan, &c.

5. Si saben, que el dicho D. N. no estè casado de presente, ni aya sido Religioso Profeso, ni ha hecho voto de Religion, ni que aya tenido enfermedad alguna contagiosa, comude San Lazaro, u otras, digan, &c.

6. Si saben, que los dichos D. N. sus Padres, Abuelos Paternos, y Maternos, con los demás sus ascendientes, han sido, y son cada uno en su tiempo Chritianos viejos, tenidos, y reputados por tales, de limpia sangre, y limpios de toda mala raza de Gitanos, Moros, Judios, y Moriscos, ni de los nuevamente convertidos à nostra Santa Fè Catholica, ni penitenciados por el Santo Tribunal de la Inquisicion, ni castigados por otro alguno, de donde pueda averse seguido à dicha Familia alguna nota, ó infamia, digan, &c.

7. Si saben, que el dicho D. N. sus Padres, Abuelos Paternos, y Maternos, no han exercido, ni exieren oficios vilos, mecanicos, ni otros algunos impropios, y no correspondientes à el lustre, y decoro de la Beca de este Real Colegio, digan, &c.

Si

8 Si saben, que el dicio D. N. es de buena vida , fama , y costumbres, honesto, estudiioso, y sin vicios, digan, &c.

9 Item, de publico, y notorio, publica voz, y fama , digan, &c.

Item, se examinarán tres testigos temerosos de Dios , Christianos viejos, de toda fe, y credito, los quales serán preguntados, si saben, que los testigos de la Informacion , expressándoles sus nombres , son Christianos viejos, limpios de toda mala raza, y macula, y son sujetos de toda fe, y credito, acostumbrados à dezir verdad en Juízo, y fuera de él, y por tales tenidos, y comunmente reputados, y que así es público, y notorio, publica voz, y fama, digan, &c.

## CONSTITUTIO I. DE ELECTIONE RECTORIS.

**A**postolus Paulus commendans nobis vinculum unitatis ita loquitur: solliciti sitis servare unitatem spiritus in vinculo pacis , vt ergo in recto regimine nostri Regalis Collegii Divæ Catharinæ Martyris vinculum pacis, & unitatis perpetuè servetur , oportere judicavimus omnia membra, constituentia nostrum Regale Collegium unico Capiti adunari, sicut in provido obris regimine , unus sit Rector omnium omnipotens Deus.

§. I.

**V**olumus ergo statuimus, & ordinamus , quod in prædicto nostro Regali Collegio Universitatis Granatenis Sanctæ Catharinæ Martyris nuncupato in obsequium prædictæ Martyri, & Virgini debitum ex quod in ipsius festi die Collegiales investiti apparuerint : Dei sic ordinante providentia: tredecim sint tantum Collegiales in memoriam Salvatoris nostri Jesu Christi , & duodecim Sanctorum Apostolorum, quorum patrocinio submittimus , quorum Collegium autem septem sint Canonistæ, & alii sex Theologi , qui omnes eadem investitura in posterum vrantur , qua hodie vntuntur , ita vt semper clamis Cœlestem , & Epitogium leoninum colorem habeant ; è dicto Collegialium numero (minime tamen de extrancis) unus in Rectorem , & Caput sit eligendus adeo regimini domus, & reddituum administrationi aptus, vt major utilitas nostro Collegio sequatur , & omnes Collegiales , vivant in unitate pacifica spiritus.

§. II.

**V**olumus, & ordinamus , prædictam electionem celebrari forma sequenti. In die vigesimaquarta mensis Novembri, qui est ante

ante festum Sancte Catharinae Virginis, & Martyris, quae Patrona, & unica Titularis praedicti nostri Insignis, ac Regalis Collegii est constituta, omnes Collegiales cum sua Rectore convenienter in loco ad generales, & particulares congressus ejusdem Collegii pro rebus deficiendis destinato, ibique precedentem jureamento Rectoris, sui, & aliorum Collegialium nomine, eligendi quem sciverint, ac judicaverint sufficientiorem, magis donum, & utiliorem pro regimine nostri Collegii, omni odio, favore, & affectione post positis, & praecedenti citariione ante diem de iussu Rectoris per unum ex Familiaribus omnibus Collegialibus facienda, illa eadem hora, qua oratio Angelica (vulgo las Ave Marias) solet recitari, Collegii soribus clausis, jubebunt Collegialem Secretarium egredi de loco Capituli duobus Familiaribus praecuntibus, & candelas accensas portantibus, ut totam domum visiceret, & quos extrancos invenerit, imo, & omnes Famulos singulorum Collegialium, & reliquos omnes alias ministeriis domesticis deputatos statim de domo ejiciat, & iterum propria manu janua claudat, scisque obstringat, quarum claves ad Capellam, sive locum destinatum, in quo spectat Collegialium congressus afferet, & super mensam in dicto loco paratam reponet, ac tandem testimonium præstabit de domus clausura, & de ejectione exterorum: quo adimitur omnis occasio scandali, vel tumultuariae electionis: quo facto, Rector notum omnibus facit, quoniam clapsus est annus sui officii, veniam petet de defectibus de humana fragilitate commissis in regimine praedicti anni, quo officio renuntiato, admissaque renuntiatione, statim fieri ferutinum de idoneis, super quos cadat electio.

### §. III.

**V**olamus, & ordinamus, cum, qui officium Rectoris persolvit, inhabilem esse, ut anno immediato iterum in Rectorem eligi possit, praterquam in raro eventu, in quo duas partes eligentium idoneum illum efficiant propter magnam subjecti capacitem, & cognitionem, quantum causa censeatur valde necessarius meliori regimini, & majori nostri Regalis Collegii utilitatibus.

### §. IV.

**I**tem Tyrones, qui duos integros annos in Collegio non adimpleverint, non possunt eligi, eligere tamen poterunt.

### §. V.

**I**tem ille Collegialis, qui debitor Collegio extiterit ex tempore sui Rectoratus minime in Rectorem eligi possit, donec integrum debitum Collegio persolvat.

**V**olumus, & ordinamus, ut omnes Collegiales dicti nostri Colles-  
giū prædictæ electione ad sint, quod si aliquis eorum propter justi-  
tam urgentissimam causam, & cum legitima licentia absens sit, posse  
eligi in Rectorem; qui si non venerit infra unum mensem, a die, qua  
cettioratus fuerit de ejus electione, ejus jus cadat, & novus eligatur Rec-  
tor; si autem absentia electi fuerit de mandato nostri Collegii, ipsius  
causa, vel in ejus utilitatē hoc in casu nullo modo debet patere ab-  
sencia electo prejudicium, nec supradictum observari, & idem in Con-  
siliariis servetur. Exclusis igitur ijs inhabilibus, vel si qui fuerint alii ob  
alias causas, vel penas, sicut per Secretarium tot Schedulæ, quot fuer-  
int eligentes, in quibus sint scripta nomina eorum, quorum idoneitas  
approbata sunt, ac in singulis excipiuntur nomine illius, cui Schedulæ dantur  
sunt. Schedulis distributis, ipse Secretarius colliget suffragia, seu vota  
in arca clausa, & perforata, per cuius foramen angustum, singuli cli-  
gentes in iacent Schedulam parvam cum nomine illius, quem magis  
idoneum judicaverint, Schedulæ sic collectis, Secretarius arcam sic  
clausam in conspectu Rectoris, & Collegii adapserit, & Schedulas nu-  
merabit, ant tot sint, quot sunt vocales, quod si plures repererit, quam  
par est, Rector electionem nullam, & irritam declarabit, & statim ad  
novam electionem faciendam iterum est procedendum.

**T**em, ordinamus, quod si numerus Schedularum rectus inveniatur  
juxta numerum eligentium, Secretarius illas publicè legat, & se-  
cundum diversitatem nominatorum in eis, legere gabit, & si plures, quā  
duo nominari fuerint, ac in nullo eorum reperiatur plusquam dimidia  
pars suffragiorum, rejectis, qui pauciora suffragia habuerint, dabuntur  
iterum Schedulæ cum solis nominibus eorum, qui plura vota, seu suf-  
fragia habuerunt: & tandem his novis Schedulis in arca clausa forma  
supradicta collectis, & coram Rectore, ac Collegio lectis, & computa-  
tis, ille in quo major pars suffragiorum reperiatur, tunc electus in Recto-  
rem declarabitur pro anno sequenti.

**S**ed si suffragia, seu vota fuerint paria, & unusquisque nominatorum  
dimidiā partem habuerit, volumus, & statuimus, ut

sors inter eos mitatur, & ille, cui sors tetigerit, tunc electus censeatur, &  
vt talis publicetur.

**Q**uod si suffragia, seu vota fuerint paria, & unusquisque nominatorum  
dimidiā partem habuerit, volumus, & statuimus, ut

sors inter eos mitatur, & ille, cui sors tetigerit, tunc electus censeatur, &  
vt talis publicetur.

**E**lectio sic rite celebrata publicabitur, & electo dabitur possessio-

solemnitate sequenti; Rector adimplens officium pro anno prece-  
denti

denti tanger campanam argenteam , qua audit, duo Familiares (vul-  
go latini) qui solum sunt custodiens ostia congressus , seu Capituli,  
ingredientur cogitatione ac sanctis illis dicatur. Et aetate scilicet electionem  
parnos à Deo factum in persona Dignissimi N . & egredientes tangent publicum  
Collegium istud ab aliis , & postea revertentesur ad fates congressas.

anno regni 33 . 1615 in 20 . iunij anno 200 ob non intercessio  
eius in vngello Chilon estatutus . ob X . et 100 . annos eiusmodi mons . il . tunc

**I**tem, ordinamus, quod Rector, jam sic electus, surgens, ac genuflexus  
ad pedes Rectoek adimplenis, statibus omnibus, faciat loquens  
juramentum: *Ego Dominus Noster Rector hujus nostri Regalis, ac Insiguit  
Collegii Divi Gabriali & Matris Imperialis Universitatis Gramensis, pro-  
moto per Deum vivum, (nunc extendit manus super quatuor Dei Evange-  
lii) et per hunc Sacrofandu Dei Evangelia à me corporaliter facta statuta hujus  
nostri Regalis Collegii servare, diligenterque proficere omnia, que tendant ad  
regimen, recti orationem, & magis augmentam, hujus communitatatis, &  
Collegii, in quibus per integrum annum mei muneri ero diligentissimus, insu-  
ponam secreto seruare quacumque res inter nos tractatas, & tractandas ad  
commodum nostri Collegii pertinentes. Sic me Deus adjubet, & hac Sacrofandu  
quatuor Dei Evangelia, ut hominem eorum non recipiat nisi in vita cidelata*

de mortali, & infelicitate mactet . ob XI . et 100 . annos eiusmodi mons . il . tunc  
**I**tem, ordinamus, quod praecedenti juramento facto, Rector prece-  
dens surgat à sede Rectorali, & restituatur suo loco antiquo, ac  
novus Rector sedeat in sede propria sui officii, & ei tradantur sigilla  
nostrae Collegium, & archivium, & una clavis archiviorum signum posse-  
sions, & quod statim antiquior Collegialium clavis induitus (sic  
sunt omnes) surgens à sede, ac genuflexus ad pedes novi Rectotis prædictor  
nomine ex alterorum juramentum obedientiæ tenore sequenti, statibus  
omnibus.

#### JURAMENTUM OBEDIENTIAE

**V**er ego munere nostro incumbamus, promittimus per Deum vivum (tangit silicei librum Evangeliorum) & per hanc Sacrofandu  
quatuor Dei Evangelia à nobis corporaliter facta proficere debilitam  
obedientiam Domino nostro Rectori in lexit, & honestus, & fieri  
nos servare quacumque res inter nos tractatas, & tractandas ad com-  
modum nostri Regalis Collegii pertinentes, sic nos Deus adjuvet, &  
hac Sacrofandu Dei Evangelia, nunc ei usq; significet illo ho-  
mo, cum hunc isti, sumulos praesedit rectosq; statibus minor.

**P**raestita obedientia, novus Rector re pendat grates & munera  
pro electione in se facta, & antiquior Collegialium nomine  
Collegii respondat Rectori, qui tangit Campanulam, vngreditor  
Familiares, & professi eriant obedientiam dicto Rectori. Quibus  
per

per actis, dissolvitur congressus, & ut electio jucundius plaudatur, & locutentius celebretur, jubebit novus Rector, affetti in disco vatis collationes quas Collegiales inter se implicantur, Rector vero adimplens, quia ignoratur eligendus, præveniet jucundam etenam, sed modestam, & ab omni prodigalitate alienam juxta laudabilem consuetudinem in dicto Collegio observatam, & in fine ceenæ singulis Collegialibus singulas dabit libras collationis, quod sicut de expensis, & dispendio predicti Rectoris noviter electi.

**S. XIII.** *In collegio aucto regno.*  
**I**tem, volumus, quod electus in Rectorem omnibus Collegialibus, qui ante a fuerint predicti Collegii, quique extra Civitatem Grauenensem pro tunc permanferint, notam faciat in scriptis electione in se factam, & ipsi prescribent Rectori, offerendo suum adjutorium, & obedientiam: reliqui vero (si qui fuerint) intra mœnia Civitatis se presentabunt in die Sanctæ Catharinae in cubiculo Rectorali, sc. & sua novo Rectori offerendo, quo adimplentur munera debitæ virtutatis.

**S. XIV.**  
**I**tem, volumus, & statuimus, quod Rector infra quindecim dies a sua creationis recipiat per inventarium cum Consiliariis omnia bona Collegii a predecessor suo; quod inventarium ponatur in Archivo Collegii, & subscribatur a Rectori, & Consiliarii noviter creatis simulcum Secretario, tanquam approbatum, ac verum; si autem Rector & Consiliarii praecedentes infra dictum tempus dare renuerint, omni rigore compellantur.

## CONSTITUTIO II.

### DE OFFICIO CONSILIARIORUM.

*Ob omniis viris etiam fidei et scientie et honestatis et probitatis et studiorum et literarum et sapientiae et prudenter et diligenter et discretamente et servienti.*

**C**onsilium Spiritus Domini nobis afferat in Libro Proverbiorum: *Consilium custodiet te, & prudentia servabit te, ut erueris a via mala;* volumus in super, & ordinamus, quod de duodecim remanentibus Collegialibus (minimè de excoaneis) duo elegantur Consiliarii, quorum consilio, & prudentia Rector servetur, & eruatur a periculo, quod sepe emergit ex modo operandi relictorum in manu proprii consilii. Duorum Consiliariorum electio sicut à Collegialibus, servata forma stabilita in electione Rectoris (sine claimide ratem) & cum jura mento ibi apposito, faciendo ab electis in manu Rectoris pro exactiori, ac fideli sui munieri implemento.

*Exinde.*

**§.**

**T**em, volumus, & ordinamus, quod duo Consiliarii sic electum  
Personam Rectorem additus, & c proventus Collegii suscipiant, & in  
communione & distribuant, epistolas missivas legant, quas per Colle-  
gialem Secretarium scriptas emendabunt, vel approbabunt, ut codice-  
nens, iudicaverint, simulque cum Rectore firmabunt, omni juvebunt,  
ut in constitutione de Secretario Collegii suscis explanabitur. Item  
Collegialis Secretarius in libro congresuum, sive Capitulorum scribet  
predictam electionem Consiliariorum, quo fidem faciat; sicut reliqua  
omnia gesta à Collegio.

**T**em, statuimus, quod nulli electi Consiliarii tales sint duobus annis  
continuis, sed quod eligantur de his, qui functi non sive hoc offi-  
cio anno immediate praeterito, nisi evidentissima, & urgentissima cau-  
sa contrarium suadeantur.

**T**em, non eligatur is, qui debitor Collegio extiterit, nec tyrones;  
quia eligendi debent esse iij, qui magis instructi sint in rebus, ac  
negotiis Collegii.

**T**em, ordinamus, quod predicti Consiliarii singulis Hæbdomadis  
sumant simul cum Rectore rationem de omnibus domus expensis,  
ac rem familiarem distribuant; ita ut nulla pecuniarum receptio, vel ead-  
rum distributio valida esset, nisi à Rectori, & predictis Consilia-  
riis non solum facta, verum etiam propriis nominibus roborata com-  
periatur, & nullatenus in rationibus reddendis, nova Rectori, & Con-  
siliariis posit computari pecuniarum distributio, si cum dicta sciem-  
nitate non sit facta.

## S. VI.

**T**em, pro Archivi strictiori custodia tres erunt claves diversimodè  
factæ, quarum singulas Rector, & singuli Consiliarii habebunt.  
In dicto Archivo sic obserato reponentur pater næ, clavis granarii,  
simil ac chirographa, seu instrumenta publicata informationum,  
quam privilegiorum, & aliarum rerum Familiarium reddituum, ac  
proventuum Collegii, à quonihil substrahetur tam pecuniarum quam  
chirographorum, quin prius in libro ibi apposito, & ad id designato  
exprimatur, quem ad finem eruantur, & à Rectori, & Consiliariis sub-  
cribatur.

**T**em, volumus, quod foribus Collegii ad horas infra dicendas clau-  
sis nulla sit facultas tunc temporis aperire, nisi urgentissima causa  
eveniat à Rectori, & Consiliariis omni rigore examinanda idcirco  
obser-

observandum in iis difficultatibus, quazum gravitas non sit opus totius Collegii resolutione; semper tamen, quod Rector, & Consiliarii intra se differant, Rector Collegiales congregabit, ut judicium ferant, & tem-  
maturius deliberarent.

**I**tem, ordinamus, quod intra octodies ab electione Rectoris, in  
quibus sunt eligendi dicti Consiliarii, eligatur etiam à Collegialibus  
in Procuratorem unus ex ipsis, quem sciverint sufficientiore, & uti-  
liorem pro litium, & pertinentiarum nostri Collegii aseccione, & pro-  
secutione, hicque teneatur reddere rationem nostro Collegio saltem  
singulis mensibus de gestis ab eo in hoc tempore.

**I**tem, mandamus, quod dicti Consiliarii electi, simul cum Rectore  
intra unam mensim ab eorum creatione sumant rationem Rectori  
prædecessori de omnibus expensis ab ipso factis in anno sui munericis,  
qua ratio finita, & à supradictis approbata, erit denique approbanda  
à Collegialium congressu, si recta inveniatur, & sic approbata, & à  
novo, & antecedenti Rectore subscripta una cum Consiliariis, & Secre-  
tario, ponatur in Archivo nostri Collegii, quod si Rector rationem red-  
dere renuerit, omni rigore à Collegio sit compellendus, & ita & codé  
modo ad satisfactionem, si debitor ex redditis rationibus Collegio esse  
aperuerit. Si autem aliquis Consiliariorum absens, vel legitime impedi-  
tus fuerit, loco illius substituatur antiquior, servata ordine antiquitatis.

## CONSTITUTIO III.

### DE VICE-RECTORE, ET EJUS NOMINATIONE.

#### §. I.

**C**UM Deus, & Dominus noster Iesus Christus iturus ad Patrem in  
remedium suæ visibilis corporalis absentiaz Petrum Apostolum  
Vicem Christi, ejusque Vicarium in terris constituisset, nobis reliquit  
imitationis exemplum, ut quoties in mystico corpore alicujus communi-  
tatis absit caput, sive superior, loco illius substituatur, qui ejusdem  
Capitis Vicemgerat; propriea nos Apostolorum vestigiis inharentes,  
volumus, & ordinamus, quod si Rector nostri Collegii absens fuerit,  
loco illius substituatur, qui ejusdem Rectoris, Vicemgerat, quem prop-  
terea Vice-Rectorum nuncupabunt; ita tamen quod si prædicta absen-  
tia non excesserit vnius mensis spatium, si Vice-Rector antiquior Colle-  
gialium. Si verò plus temporis absentia excesserit à Collegialibus eligé-  
dus erit in loco ad congressus, sive capitula deputato, forma in supradictis electionibus jam stabilita.

**S**icut vero acciderit, quod antiquior Collegium sic Consiliarius, vel qui sit Consiliarius, nominetur Vice-Rector, volumus, quod clavis Archivii, qua Vice-Rectorum Madenda est, tradatur tunc Collegiis Secretariis, ita ut semper supradictus rex Archiviarum in tribus distinctis Collegialibus separatum sit. Et ibi in saglio non induitur, ut in officio illius sit, ut etiam in capitulo, quod cum motu suorum in eundem Zelando colliguntur. **III.** **CONSTITUTIO.** **III.** **de nominacione et qualitatibus et modo recipiendorum Collegialium.**

**H**oc agitur tamen Collegiales, ut in ejusmodi electione, in qua sint sine clamore, tarent eligere (quoad facti pokit) vel Collegialem antiquorem, quem magis expertum in rebus Collegii censemus, vel si juxta obstat rationabilis causa, saltem ex antiquioribus illis, in quo & modum probitas & majoris augmenti ardenter zelus dignoscatur. Huic Vice-Rectori patendum erit, sicut Rectori, si adiutor, non tamen omnibus illis urbanitatibus, quibus Persona Rectoris publice tractatur, sicut nec propria fede officii gaudebit, sed antiquiori Collegialium loco: verum tempus, redditus, ac proventus Collegii cum Consiliarius administrabis modo, quo de officio Rectoris Status tuus maneat.

## CONSTITUTIO IV.

**DE NOMINATIONE, QUALITATIBUS, ET MODO,**  
recipiendorum Collegialium.

### III. CONSTITUTIO.

**Q**uia parum refert, magnam molem erigere, nisi & illam studi-  
mus conservare, statuimus, & ordinamus, ut quandocumque  
vel mortis, vel promotionis causa, alicove titulo aliqua clamis,  
vel præbenda Collegialis vacans existat, Rector præfatae vacationem  
Collegio in congressu notam faciat, ut ejus prævia resolutione publi-  
centur, & figurantur edicta præbendæ, vel præbendarum vacantium,  
quorum notorietate presententur oppositores ad dictam, vel dictas va-  
cantes, qui postquam fuerint à Collegio ad concursum admissi, suam  
que oppositionem firmaverint, quindecim dierum spatio in editio  
præfixo durante, usque dum impleantur, vis singulis diebus, manu,  
scilicet, & vesperè singulos Collegiales visitent per singulorum cubi-  
cula, obstantes a vidam suam solitudinem obtinendi prædictam  
Præbendam, & in patientia, & mansuetudine se exercentes.

Et si audientur, si studiave rite, & si quoque rite & leviter mutatis  
scriptis, & emendatis, & iuribus certis exibit, sufficiat haec, ut si non videatur  
ad fidem recte, & credidit.

## §. II.

**I**tem hortamus & volumus, quod priusquam Collegium veniam concesserit ut concurrant Collegiales, inquirant, & magis sigilio, quod ad fieri possit, examinent, an ejusmodi prætendentes sint viri virtutibus dediti, in scientia habiles, pariter ac discreti, & eam bono nomine in sanguinis puritate. Quod si securi reperiorint, minime illos ad concurrsum admittant, sed suaviori, ac decemni modo ab ejusmodi prætentione illos removebunt, nullam in eis tcelinquentes spem de pœnitentia clamydis aseccutione.

## §. III.

**I**tem ordinamus, quod termino editiorum impléto, compareantur prætendentes coram Rectori, & Collegio, ac præsentent Titulum, verum gradum Bachalaureatus in Sacris Canonibus, vel Thologiae Universitatis nostri Dominiorū à nobis approbatæ, sine quo ad nihil ad concursum non debent. Quia præsentatione facta, eligent punctum, quod in tribus primis Magistri sententiarum, vel in quinque Decretalium libris, singulis prætendentib[us] obtigerit secundum formam, more solito terminicendam; de cuius distinctionis expositione, Theologica que difficultate, vel Canonicu Textu leget prætendens per unius horæ spatiū post viginti quatuor, ab hora punctorum computandas; duoque ex Collegialibus, ad id designati illi arguent contra conclusionem deductam, vel plures judicio Collegii, sicut expedire putetur, qui actus: volumus, quod semper celebrantur in loco Capituli hujus nostri Regalis Collegii coram Rectori, & Collegio, in eo congregato, ut rectum judicium feratur de ipsis prætendentis sufficientia, & in hoc nullatenus dispenseatur.

## §. IV.

**I**tem, conclusis his actibus, iterum congregabuntur Collegiales cum Rectori, (vt moris est) vel post oppositionem, si tempus super fuerit, & per secreta suffragia Schedularum cum A. & R. approbabunt, vel, reprobabunt, secundum quod per prædictum examen metuerit; & qui semel non modo approbatus, sed electus existat (in cuius approbatione & electione gravissimè conscientias Collegialium sub pena præstiti juramenti oneratus sperantes, se postposituros omnes mundanos affectus omni cura, omniq[ue] solicitudine, se exuentes ab omni humano respectu, & passione in tam arduo, tamq[ue] expediti negotio) notitia m[eu]ra approbationis, & electionis à Collegio factæ, per Familiares, seu Famulos dictos suscepit, & statim progreditur ad dandas gratias Rectori, & Collegialibus pro emerito favore, secum afferens præsentandum Memoriale Genealogicum, cujus thenore fient publicæ informationes de vita, moribus, & sanguinis puritate, modo infradicendo.

**I**TAM statuimus, & ordinamus, ad Rectorem, & Collegiales debere pertinere nominationem, examen sufficientiam, & que informationes proxime dictos sumendorum in Collegialis: quia experientia docet, frequenter oboriri ex aliena commissione iuria, lites, scindida, & dissensiones, qua omnia vitanda speramus, si ipso etiam Collegium zelo, & cura de majori augmento, & honorificentia eorum, communitatis, ac Collegii, praedicta munera commitamus. . . . . .

## S. VI.

**S**ed postquam à Collegialium capitulo sit aliqua clamis, vel Praebenda Collegialis vacans alicui concessa, priusquam hujusmodi clamidis concessio publicetur, debet à nostro Collegio nostra Regio Camiciæ ratio reddi prædictæ concessionis à se factæ ad ejus approbationem, ut, hac obtenta, ad vñteriora progediatur, non contradicentes legibus ipsius capitulo, & non in contraria iudicis, cunctisq; iudicij in bono statim, manifeste nobis intulit. **S. VII.** ab aliis autem, ait illud, ac dicitur:

**I**tem volumus, quod, facta informatione de punitate sanguinis vita, mortibus, omnibusque ad prædictam Praebendam requisitis, Rector jubeat, congregari in loco Capituli omnes Collegiales, in quorum presentia aperiantur chirographa informationum, & de verbo ad verbum per Secretarium legantur: quæ si his nostris Statutis conformia inventa fuerint, & à nostro Collegio approbata, assignabitur dies à prædicto Rector, & Collegio, quæ opportunior videtur, ad conferendam possessionem prædictæ investitura, sive Praebendæ, quæ die perveniente, duo Collegiales, ad id deputati, ad dominum electi progredientur, & in medio eorum illum suscipiant, habitu Clericali indutum, & cum pilco loco galeri, sicque à Collegialibus illum associantibus Rectori præsenteretur, postque Magistro Cæmoniarum tradatur.

## S. VIII.

**I**ntraea Rector, & Collegiales in loco Capituli congregabuntur, ubi præfatus electus confus Cæmoniarum Magistro, Collegialesque Secretario commitatus, habituque Clericali præsentabitur Rectori, & Collegio, clamidis, sive Praebendæ possessionem petitur: quæ petitione facta, extra congressum egreditur, & dum ipsi solemniter conceditur per publica suffragia, seu vota, induat se habitu communis Collegialium (sine Clamide tamen) & ad primum signum cum Campanula argentea à Rectore faciendum, iterum ad congressum accederet, pilo versus pectus apposito, & Magistro Cæmoniarum associatus, Rectori quo facta venia, & ad ejus pedes genuflexus facit sequens juramentum à Collegiali Secretario ipsi tradendum, & auscultandum, stantibus omnibus.

JURÆ.

## JURAMENTUM.

„**E**XOD. *N*ō*ro* per *D*eum *v*ivū (extēndit mānū super Librus  
 „Evangeliorū) & per h̄ec Sacerdācia quatuor Dei Evangelia  
 „a me corporaliter tacta, me semper præstitorum debitam obediens  
 „tiam in lictis, & honestis Domīno mēo Rectori, necnon cūfaturōm  
 „magis attingentum, & utilitatem nō solum h̄ujus Communitatis, &  
 „Collegii, verum etiam omnium, & singulorū Collegarū, in quo:  
 „rum recto consortio ero diligentissimus, & servabo omnia, quā sta:  
 „bilita sunt, & servari debent ad conservationem, & meliorem guber:  
 „nationem h̄ujus Regalis Collegii, ad cuius debitum servitium in mo:  
 „numētum mea gratitudinis vique in meā ultimā voluntatem,  
 „in quantum potero, in servire non desinam. In super juro, me  
 „semper defensurū Immaculatam Dei Genitricem Mariam semper  
 „Virginem extitisse ab omni labē peccati originalis. In super juro, of:  
 „ficiū secundum formam constitutionum assumere: sic me Deus  
 „adjubet, & h̄ae quatuor Sacrosancta Dei Evangelia.

### §. IX.

**P**recedenti jureamento factō, Rector, & Cæromoniārum Magister  
 clamidem ibi decentiō modo præparatam assumentes colloca:  
 bunt super humerōs electi, interea Rectore dicente: *Quia jam te nostrū  
 Insigni, Regali Collegio dignum iudicavimus, concedimus tibi, & imponimus  
 nostrā Regalem Dñe Catharīne cælestē Togam, ut possis vti, & frui om:  
 nibus Priviliegis, Prærogatiis, Honorib, & Exemptionib, nostro Regali  
 Collegio concessis, & in illius favorem indulxis (utinam tibi majora pos:  
 sumus concedere) vt meritis prædictis ad majora valeas pervenire, & tandem  
 vitam eternam consequaris in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.  
 Amen.*

### §. X.

**Q**uib⁹ finitis, sic constitutus Collegialis surgens amplexabitur  
 Rectorem, & manu ductus per Cæromoniārum Magistrum si:  
 militer amplexabitur cæteros Collegiales, & sedens loco sibi  
 competenti Rectori, & Collegio repetet debitas grates ob honorem,  
 ad quem illum assūmere fuere dignati. Cui gratiarum actioni moder:  
 nior ē Collegialibus responsum dabit in oratione joco-seria ad id præ:  
 parata, jucunda, sed modesta, & à jurgiis prorsus aliena. Quibus per:  
 actis, Rector dissolvet congressum, & Collegialis jam receptus adducet:  
 tur ad propriū cubiculum ei depuratum, vnde triduo nullatenus egre:  
 ditur; sed ibi sicut Cæromoniārum studio vacando à Collegialibus  
 observandarum.

**I**tem, ordinamus, quod duo consanguinei usque ad tertium gra-  
dum nequeat esse simul Collegiales, qua graduum computatio  
nus Canonicus signi debet. Item, quod nullus in nostro Collegio pra-  
cibus consanguineis personae, vel aliquo mundano respectu, vel hinc  
particulari suscipiantur. Item volumus, quod omnes naturales ordinari-  
um Regorum, & Dominicorum, si sine omnibus requisitis prædicti  
possunt admici, se recipi ad Præbendas nostri Regalis Collegii, & polli-  
ciri.

## CONSTITUTIO V.

### DE OBSERVANDIS AB INFORMANTIBUS, & de horum nominacione.

**S**tatuimus, & ordinamus, quod nullus evchi possit ad Collegiaturas,  
sive Præbendas nostri Regalis Collegii, nisi prius constet, quod  
gaudet illis qualitatibus requisitis, quarum informatio ita fieri: postquam  
electus in Collegiale idoneus in Scientiis repertus, & approbatus fu-  
tur per suffragia, seu vota secreta servata forma, ut in electione Re-  
gentis eligent Collegiales, quem ex iisdem magis idoneum judicaverint,  
ut perger ad locum, vel loca originis, nativitatis, & permanentis resi-  
dentiis, & ceteri, quam suorum ascendentium, in quo, vel in quibus  
transcribet manu propria testimonia Baptismatis tam electi, quam ejus  
parentum, & quatuor Aborum, & testimonia horum legitimarum des-  
ponsationum, & secundum interrogatorium initio harum nostrarum  
constitutionum prædictum, & ipsi tradendum examinabit duodecim  
testes, & non pauciores, plures tamen, si convenienter putaverit.

### S. II. articulo. de alieni regi U

**I**tem volumus, eiusmodi Collegiale ad informationem facienda in  
destinatum egrædi à Collegio absque Memoriali Genealogico ab  
electo oblato suorum parentum, & quatuor Aborum cum expressis  
nominibus, & appellationibus ipsi respondentibus, nec sine instrumento  
commissionis nostri supradicti Regalis Collegii per Collegiale in Se-  
cretarium certificato, & sigillo Majori Collegii signato, nec sine inter-  
rogatorio similiter certificato. Item volumus, quod prædictus Colle-  
gialis informans scribat, & extendat manu propria de verbo ad verbū  
omnia dicta duodecim testimoniaque ac omnia testimonia subscriptabat.  
Quod si quis prædictorum testimoniis non deponat uniformiter cum reli-  
quis testibus, novit-tes examinandi sunt circa rem, inqua à reliquis  
difert.

dicitur, referendo (ut dictum est) de verbo ad verbum dicta horum testium de novo advenientium.

**I**Nsuper volumus, quod omnes deponentes, si scribere scient, cognitum dicta juxta seriem interrogatorii propriam missa subscriba nomini suorum aliquis testium per se ipsum legere velit suam depositionem, evicet informans, ne deponens, vel qui vis alius consequitur qualitatis, vel conditionis sit, secum ferat depositionem sua, semper praesens sit predictus informans, & secum custodiatur, ne aliquid addatur, vel mutetur. Item predictus informans esse diligens debet, accutus in servando sigillo in informationibus, & agnitis videri, quo titulo ad electum pertincent apellationes, quibus inscribitur, & an plures in vicinam incident. Queratur a mente, quare in quo loco sic vocetur, & in alio alter, si ita contingit. Quod si quemvis suorum parentum, vel ascendentium de loco ad locum transmigrasse repererit, examinet, qua de causa? An scilicet causa vitanda alicuius nota infamiae, vel vilis exercitii.

**I**tem ordinamus, quod nullus testis ad deponendum admittatur, qui suspectus sit de baptisi, vel aliqua quacumque infamiae nota, sed omnes testes debent esse bona fama, ac melioris notae, & quod non sint consanguinci informati; de quorum testium circumstantiis, tres ad minus testes debent deponere, qui sint timentes Deum, ac virtutibus, aliisque qualitatibus supradictis predicti.

## CONSTITUTIO VI.

DE JUDICE CONSERVATORE, AC PROTECTORE  
nostri Collegii.

**V**T ergo hoc nostrum Regale Divae Catharinae Collegium nostrum Universitatis Granatensis firmos conserveretur, ac ejus Rectori, Collegialibus, & Familistibus omnia Privilégia, exemptiones, honores, ac praheminentiae vi harum nostrorum constitutionum, & nostri Regalis Patronatus ratione, vel alio titulo correspondentes observeantur, & adimplentur; ac in illis protegantur, constitutimus, ac dicto nostro Collegio nominamus Judicem Conservatorem, & Protectorem, illum, qui nostram voluntatem in scriptis meruerit, cui tribuimus jurisdictionem, & concedimus omnes facultates, quæ Judicibus Conservatoribus aliis Fundationibus nostri Regalis Patronatus dictæ Civitatis Granatensis datis attinet, & ut talibus correspondent.

anno ubi mandato ut adiungatur. **I.** **P**ro ministris & obsequiis, non habemus volumus, ordinamus, & statuimus quod dictus Index Confer-  
vator audientia admittat appellations ab eo ad nostram Cameram  
(cui vnicè & privative attinet cognitio omnium causarum dicti nostri  
Regalis Collegii Diva Catharinae Martyris, & ejus singularium Colle-  
gialium, ab familiarium) interpositas, & ad eum ab aliquo ex Colle-  
gium: resolutionibus dicti nostri Collegii: sed nullatenus proce-  
deret sola relatione ab appellante facta, sed prius omni cura & diligentia  
debet se informare a nostro dicto Collegio de omnibus rationibus, &  
causis rivoentibus ad talē resolutionem, consulens valde honori, &  
gravitati nostri Collegii adversus quam primum procedit volumus.  
Quod omne supradictum noscum Regale Collegium servare, & servari  
sibi facias, & si aliter, & non supradicta forma procedatur, nullatenus  
obedire tenetur, & ad nostram Regiam Cameram statim recur-  
sus fiat, & hac nostra statuta adimplantur, & adversus ea nemo jube-  
re, nec procedere posse, traxo quod cunctum in iure suo utrumque  
ad hanc etiam legem adiungatur. **II.** **C**onstitutio etiam sicut illa et a tri-  
partita ratione.

**I**tem ordinamus, volumus, & advertimus, quod nobis, ac nostrae  
Regie Camere reservamus, nominare Visitatorem nostri Regalis  
Diva Catharinae Collegii semper, ac quando opportunum judicemus,  
ut dictum Collegium visitet tempore, modo, ac forma nobis viliis  
convenientibus.

## CONSTITUTIO VII.

### DE COLLEGIALIBUS CAPPELLANIS.

#### . IV. QUINTA.

#### g. I.

**C**um Sancta Ecclesia nos doceat, Divino cultui debere esse semper intentos; volumus, & ordinamus, quod ultra tredecim statutos Collegiales sint in praedito nostro Collegio alii duo Sacerdotes, qui erunt similiter, ac reliqui Collegiales Theologi, vel Canonistæ, & in Sacris Theologia, vel Canonibus saltu gradum Bachalareatus obtinentes; in quorum receptione, & admissione idem modus eligendi, idem examen, eadem informationes, & eodem modo, quo in ceteris Collegialibus observandæ erunt sine ullo alio discrimine, nisi quod dicti Collegiales Capellani pro tempore existentes non habeant vocem activam, nec passivam, hoc est, nec possint eligere, nec elegi, nec se intromittere resolutionibus, aut congregatis Collegialium voca-  
lium; quod minimè intelligatur de Collegialibus Capellani actualibus, sed de electis in posterum. In ceteris autem tractabuntur omnia.

ni afabilitate, & urbanitate, qua certi Collegiales: in quibus omnibus, & in aliis semper servabitur dispositum in fundatione harum duarum Regalium Capelliarum à Domina, Domina Maria de la Paz, Hispaniarum Principe facta.

## §. II.

**I**tem volumus, quod cum vacans existat Præbenda alicujus Collegialis vocalis, eosmodi Collegiales Capellani possint, & debeant preferri ad illam. Quod si acciderit ejusmodi transitus, loco promoviti alter Collegialis Capellanus eligendus erit: sin autem Collegialis Capellanus quadraginta annos etatis excedat, vel consanguineum vocalem in gradu supradicto habeat, nullatenus in Præbendam vocalem promoveri valeat.

## §. III.

**I**tem ordinamus, quod in omnibus congressibus extra Collegium habendis dicti Collegiales Capellani sedent cum Collegio post ultimum vocalem: sed gaudeant jure prælationis etiam inter vocales ad oppositionem alicujus Præbendæ Cathedralis Ordine antiquitatis ab ingressu, sèpius, & cum opportuerit (ut infra dicendum est) servato. Item volumus, quod singuli Collegialium Capellanorum per successivos annos habeant curam de decentia Capellæ nostri Regalis Collegii, & de ornamento diei Sandæ Catharinæ Martyris dicti nostri Collegii Tutelaris apponendo.

## CONSTITUTIO VIII.

### DE MODO CELEBRANDI CONGRESSUM, SIVE CAPELLAM.

## §. I.

**O**uniam per Sacrosanctum Dei Evangelium promissum est, quod ubicumque duo, vel tres congregati fuerint in nomine Dei, ibi erit in medio eorum, volumus insuper, statuimus, & ordinamus, quod pro rebus ad gubernationem nostri Collegii pertinentibus resolvendis Collegiales congregentur in loco ad id designato de jussu Rectoris, qui pridie ad celebrationem congressuum notam faciet per familiarem horam congressus celebrandi, & cui rei celebratur; nisi virgentissima causa pridianam citationem impedit, quam citationem facere jubebit in infirmitatibus, vel Rectoris absentia Vice-Rector, vel si hic non fuerit nominatus, antiquior ex Collegialibus.

## §. II.

**I**tem volumus, quod quando alicui Collegialium videatur, opus esse congressu ad rem aliquam retractandam, nuntiabit Rectori,

ut hic jubeat, congressum celebrari; verum si sine nota causa id facere Rector recusa verit, predictus Collegialis per Collegialem Secretarium semel, atque iuram petat Rectorem, eique notum faciat, quod si libenter congressum retardaverit, preparabitur congressus de jussu Vice-Rectoris, vel antiquioris Collegii: & ejus foribus clausis, omnibusque Collegialibus horā præcitatā simul convenientibus, ac suis locis respective sedentibus, ingredietur Rector, ad cuius introitum omnes stabunt, discooperit capitibus, pileisque ad pectus appositis, quod usque sedeat in sede sui officii; & signo facto cum Campanulla, ut Familiares à loco congressus recedant, & ostia congressus custodiant, proponet rem, circa quam congressus versabitur, per hæc verba: *Vestram dominationem congregandam fore iudicavi, ut &c.* Et materiæ propositione à Rectore facienda finita, discooperit caput, vt singuli loquantur, quorum antiquior incipiet, discooperiendo se in principio votationis, & sic similiter singuli juxta uniuscujusque antiquitatem.

*Explanatio etiam de iure electioi Rectoris. Secundum ordinem electionis.* §. III.

**T**em volumus, & ordinamus, quod, ut in omnibus, quoad fieri possit, dignitati Rectoris consulatur, hiç suum votum non declaret, usque quo reliqui omnes rem votaverint, ut sic admatur accusatio frustrationis sui voti, quod semper applicabit parti prevalentis, vel illis, quibuscum saltem medietatem votorum constituat (ut justum illi usum fuerit) quo in casu in sui favorem tenebit votatio, sed hoc Rectori tantum licet, cum votatio publicè fiat, & non in electionibus secretò faciendis. Quam determinationem Collegialis Secretarius subscrivat statim in libro deputato ad acta Capitulorum per ipsum firmanda post subscriptionem Rectoris.

#### §. IV.

**T**em volumus, quod si aliquis Collegialium (quamvis antiquior) congressum ingreditur post inceptam votationem (quod non nisi virgenti de causa contingat) hæc prosequenda erit ordine, quo inventiatur, ad hoc, ut et roratus de re, quæ tractatur, plena notitia judicium ferat, & sic serò ingrediens ultimus votabit.

#### §. V.

**T**em cavemus, nè in prædictis congressibus sint rixæ, voces, vel difensiones, sed omni modestia, & silentio procedendum est, unoquoque in suo loco loquente, nullatenus alium, & si moderniorem, interrumpeado, sed cuique vicem integrum finant suo loco loquendi, quod si ex serie votorum necessarium alicui videatur aliquid addere, vel minuere, non id statim faciat, sed spectet, donec omnes sua vota conculserint, ut sic disputationibus, & controversiis locus prorsus vitetur;

sin

singuli in suo judicio explanando consulant brevitati, claritati, ac gravitati resolutionis in materia proposita.

§. VI.

**I**Tem volumus, & ordinamus, quod singulis anni mensibus primis die non impedita, clausisque Collegii foribus, congregentur dicti Collegiales cum Rectore ad examinandas res ad meliorem Collegii gubernationem pertinentes, necnon ad distributionem sumptuum inquirendam, & approbadam, & ad discussandam quidquid meliori regimini magis expediens vissum fuerit. In hoc congressu annotabuntur in libro ad id designato rationes distributionis acommodarunt Collegii mensis precedentis omni distinctione, & claritate possibili, per singulos dies discurrendo, quid unoquoque die expensem fuerit.

§. VII.

**I**Tem volumus, quod vniuersusque mensis die quintadecima similiter conveniant omnes Collegiales in loco congressus ad corrigendos defectus (siqui fuerint) in morum, constitutionum, & ceremoniarum observatione occurrentes; prædicti tamen defectus explicabuntur, quia nominentur personæ deficientes, sed in communis exponentur, & leniter corrigentur, modestiam, constitutionumque observantiam persuadendo. Si aliquis tamen hac lenitate abutatur, & in majora labatur, nominatim corrindus erit: & si tales defectus inveniantur, ut opus sit aliqua pena, delinquens egreditur de loco congressus, & in ejus absentia reliqui Collegiales sententiam ferent circa punitionem delinquentis gaudentes omni libertate christiana in spiritu lenitatis, & sancti timoris Dei.

§. VIII.

**I**Tem pœna delinquentibus applicandæ juxta delictorum naturam erunt ablatio alicuius, vel aliquarum partium alimentorum, incarcratio, privatio vocis activæ, vel passivæ, vel utriusque, vel sublatio facultatis egrediendi de domo, vel impositio tyrocinii per aliquot menses, vel aliæ similes judicio Collegii ferenda. Quod si haec, & si adeò graves non sufficerint, delinquenti notum fiet, quod si emendare noluerit, & inveniatur, quod relictus à Deo in manu consilii sui adhuc labatur, pribabitur clamyde, & delendus erit de numero reliquorum Collegialium: Quam pribationem dicti Rector, & Collegiales per se, & juxta facultatem illis per nos his constitutionibus impartitam exequi valeant, à quibus appellate licet ad Judicem Conservatorem hujus nostri Collegii, qui procedere tenetur juxta formam à nobis supra assignatam.

## §. IX.

**I**tem volumus, & ordinamus, quod si quis delinquentem subiici  
renitur pénis per nostrum Regale Collegium justè impositis, vel  
si à nostro Regali Collegio designatus in aliquod nunus, vel circa ali-  
qua justa, & rationabilia iussus à Rectori in obediens permanere præ-  
sumpetur, semel, & iterum præmatur à Collegio in congressu ad coer-  
cendam inobedientiam, & ad sui emendationem sub pénis antea  
dictis, præcipue sub pénal præstiti iuramenti, ac cum declaratione futu-  
ra pribationis clamide; quod si, his non obstantibus, obedire renuerit,  
pribabitur ipso facto, & delebitur de libris præfati nostri Regalis Colle-  
gii iu proximè data forma.

## §. X.

**I**tem volumus, quod si quis Collegialium in prædictis congressibus  
exegerit, ut votatio celebretur per vota secreta, per publica nulla-  
tenus fiat, ut sic liberiùs procedatur in decernendo, sed hoc fiet justa, &  
vrgenti interveniente causa, ut Rectoris voti qualitati non præjudice-  
tur. Item si quis Collegialium, gravitate negotii perpenfa, reclama-  
verit, egere tempore, ut rem maturius consideret, illi concedendum  
erit trium saltuum dierum spatum, nisi vrgentissima, & evidens ad sit  
brevitatis causa.

## §. XL

**I**tem volumus, quod dicti Collegiales tali cura, gravitate, ac matu-  
ritate procedant in rebus definiendis, ut eorum resolutio stare  
queat, quin in novò congressu opus sit revocatione: verum si aliquà  
rationabili, justà causa superveniente, talis revocatio conveniens judi-  
cetur, fiet non nisi trium partium votorum duabus integris in revoca-  
tione convenientibus: aliter facta revocatio nulla proflus, & innanis  
censeatur, & priori resolutioni omnino standum erit.

## CONSTITUTIO IX.

## DE OFFICIO RECTORIS.

## §. I.

**R**ector reliquorum Collegialū caput, præferens exemplum Sal-  
vatoris nostri Jesu Christi, qui, cum esset caput hominum, &  
Angelorum, non fuit dignatus, fieri obediens usque ad mortem, erit  
primus, & exactior in obediendo his nostris constitutionibus, omnibus  
præcellens in modestia, & gravitate, quæ decet omnes Collegiales, &  
præcipue officium Rectoris, qui præter cætera cæteris communia, ob-  
servabit sequentia. Volumus item, quod Rector dicti nostri Regalis  
Collegii Divæ Catharinæ Martyris Universitatis Granatensis, quætm  
rariu s

rarius possit extra domum concurrat: vbi autem concurrere teneatur, primam sedem occupabit consulens dignitati sui officii, & pro viribus curer abesse, vbi meliorem, ac decentiorem locum obtinere non possit.

### §. II.

**I**tem volumus, quod dictus Rector semper secum habeat in Camera Rectorali unum saltem ex Familiaribus (vulgò Famulis) qui illum moneat de Rectorem invisentibus, quicquid dignitati Rectoris inserviat. Item dum est Collegio excat dictus Rector, semper associabitur aliquo ex Collegialibus, sine quo nullatenus egredietur. Collegialis autem illum a sociis semper gradietur post Rectorem, ab illo distans per duo passuum. In occursu autem alicujus viri, cum quod incedere teneatur, numquam advenientem in medio suscipiet, sed ad latus illum portabit, quo in casu Collegialis comitans locabit se ad sinistrum latus Rectoris, ut hic principaliorum occupet locum: si vero occurrent sit tali dignitate constitutus, ut prudenter judicet Rector, male habitum, locum cedere, ab occurso recedat, in quo nimis cautè procedendum, & ab hujusmodi concursu semper abstinentendum est.

### §. III.

**I**tem volumus, quod in Camera Rectorali sit semper specialis sedes pretioso ornata decorata, & semper versa versus parietem frontis Rectoralis, tamquam suo Patrono, & Augusto Fundatori reservata, in qua nulli Collegialium sedere licet, sed solus Rector ex nostra voluntate, & indulgentia illam occupabit: non tamen semper, sed in possessione alicujus clavidis, vel Præbenda Collegialis, & in publicis congressibus: qui si extra domum Collegii quandoque occurrent, stabunt duo Familiares, singuli ad singulas extremitates nostri Collegii in ceremonia appositi, quorum antiquior sit ad latus Rectoris, & modernior ad latus Collegialis modernioris inter se claudentes corpus Collegii.

### §. IV.

**I**tem volumus, quod in primo egressa de nostro Regali Collegio illum comitetur Rector præcedens loco supra assignato, quamvis hic sit antiquior Collegialium, ut magis firmetur novus Rector in possessione sui officii, & ob alios sanctos fines. Item volumus, quod quoties domi, vel extra illam quivis Collegialium corum Rectorem obviuum habuerit, statim sistat, usque quo Rector evadat, vel ei signum faciat, ut progrediatur: Rector tamen incedet, nullà facta venia, nequid Collegialibus occurrentibus quidquam loquendo, sed tantum, dum in conspectu illorum gradiatur, pileum tollat, & reponat, Collegialibus sistentibus, pileis ad pectus appositis, usque dum illum non videant.

**A** Primo manè usque ad horam silentii ostia Rectoralis nullatenus claudantur, nisi in illo sistat Collegium in celebratione Congressus; vel si Rector, & Consiliarii fecientes rationem distributionis sumptuum, vel aliud negotium Collegii pertractantes. Item volemus, quod si Rector fecerit aliquid sinistre contra utilitatem, bonum statum, & statuta nostri Collegii, monetur, & corrigeretur, sicut quilibet Collegialis, ut supradictum est; & si emendare se tenuerit, deponatur, & ejus loco alter eligatur: sed hoc fieri, duabus partibus Collegialium, ternario numero dividendis, ita sentientibus.

### §. VI.

**I** Tem si Rector aliquid præcipiat contra aliquem de domo, & videatur aggravari, adeat Collegium, cui omni, vel majori parti si visum fuerit, illud esse illicitum, Rector teneatur revocare: si non ita videatur, valeat factum à Rectore. Volumus, & ordinamus, quod in fronte Cameræ Rectoralis ponatur sub Peristromate (vulgò Dosel) Imago Augustissimi Imperatoris Caroli Quinti, ut potè hujus nostri Regalis Divæ Catharinæ Collegii Fundatoris, ac ita semper apposita permaneat.

## CONSTITUTIO X

### DE MAGISTRO CÆREMONIARUM.

POPULO DEI ELECTO, NON SOLUM PRÆCEPTA,  
sed etiam cæmoniæ, quibns Deo inserviret, per Moysen tradita  
fuerunt, ut habetur in Deuteronomio: *Audi Israel  
Ceremonias, atque iudicia, quæ ego loquor in auribus  
vestris bodie, discite ea, & opere  
complete.*

### §. I.

**V** Olimus, ergo, & ordinamus, quod Collegiali antiquiori, qui officium Rectoris non exerceat, munus sit, satagere, & zelare observantiam Cæmoniarum, quibus tribus primis diebus, ab ingressu in Collegium computandis, singuli Collegialium sunt instruendi; qui propterea Magister Cæmoniarum nuncupandus erit: dicti Magistri Cæmoniarum curæ sit, ut singulis Collegialibus à primo die, quo possessionem Præbendæ, sive clamydis obtineant, tradatur liber constitutionum, & Cæmoniarum, quibus instructi sua quisque valeat officia exercere. Idem Cæmoniarum Magister debeat corrigeret defec-

tus

tus reliquorum Collegialium (si qui facerint) & si pro defectuum emendationes sua correc non sufficerit, in congressu singulis mensibus celebrando pro de tribus corrigitur, nos facit, quos invenerit defectus, ut a Collegio notentur, corriganter, & si oportuerit, convenientibus pennis puniantur.

## §. II.

**I**Tem volumus, quod in omnibus congressibus, aliisve communatis actibus dictus Magister Cæreniarum moneat, quid hic, & nunc fieri debeat, quæ ve forma: Cujus asserto omnino standum est absque contentione. Quod si aliquandò dictus Cæreniarum Magister errasse, competatur in publicis functionibus, illi erit obedictum; & postea in Capella pro defectibus corrigitur monebitur de sui officii exactiori disciplina, iinstrutione, & observatione.

## §. III.

**I**Tem in vacatione alicuius Collegialis Præbenda, seu clamydis doccat Oppositore, qui compatuuerint, quos, quibus horis, quoties, & quæ formæ visitare teneantur pro admissione ad concursum; & semel admissos instruat de agendis tunc temporis, & de stipendiis ipsi tradendis pro celebratione possessionis, si digni fuerint reperti. Si quis Collegialium ad gradum Licentiatus, vel Doctoratus ascendere velit, vel Cathedris vacantibus nostræ Universitatis oppositionem facere, præmonendus erit à Magistro Cæreniarum de omnibus à jure, vel consuetudine agendis in hujusmodi casibus, & functionibus. Insupè curabit, ut tempore ad Studium designato magnum domi servetur silentium.

## §. IV.

**I**Tem volumus, quod ad dictum Cæreniarum Magistrum petient disponere, quod tintinabulum Collegii per inter um diem tangatur (præterquam in horis silentio, & quieti Collegialium deputatis) semper ac Collegium certum fiat de ascensi, & promotione alicuius Collegialis in aliquam Præbendam, Dignitatemve. Necnon cuet, ut scamna Collegii cum Sede magna Rectorali portentur ad locum, in quo Rector, & Collegiales sunt publicè congregandi extra Collegium, in quorum compunctu ponatur panum magnum sericum (quod in posterum sit ejusdem coloris, ac clarissim) cum Scuro nostrorum Regalium Armorum, quæ sunt insignia nostri Regalis Collegii.

## §. V.

**I**Tem Magistro Cæreniarum cura sit, ut servetur, & conservetur uniformitas coloris panni, tam clamydis, quam epitogii; ita ut omnium Collegialium investitura sit ejusdem, ac illius coloris, quem suprà

<sup>24</sup>  
suprà ordinavimus, in cuius observatione Rector, & quilibet Collegialum invigilare teneantur. Item dictus Magister Cæmoniarum cureret, quod Familiaris Habdomadarius fores Collegii claudat, & adaperiat; ac tangat tintinnabulum Collegii, antequam ejus fores claudantur.

§. VI.

**D**ictæ fores apperiantur à die Dedicationis Sancti Michaelis Archangeli usque ad Pascha Resurrectionis Domini hora sexta Matutina; & à dicto Paschate usque ad Festum Dedicationis Sancti Michaelis hora quinta matutina. Claudantur autem omni tempore hora undecima ante meridiem, & post Orationem Angelicam (vulgò las Aye Marias) nisi Rector, vel aliqui Collegiales, à Collegio missi, ad aliquam legationem, comperiantur extra Collegium, tunc non claudantur, usque quod Rector, vel dicti Collegiales legati advenerint. Fores dicti Collegii semel clausas nullo motivo, prætextu ve, quantùmvis gravi, aperire licet, nisi de vnanimi consensu Rectoris, & Consiliariorum, raro, vel numquām præstanto; claves autem apud Rectorem deponuntur.

## CONSTITUTIO XI.

### DE OFFICIO SECRETARIi NOSTRI COLLEGi.

**C**ONTRA TEMPORUM VETUSTATEM, CELEBRIORA mundi monumenta consumentem, Spiritus Domini instituit factos scriptores, quorum ope antiquiora opera oblitione deleta consurgerent, & posteris omnibus patc fierent.

§. I.

**E**A propter volumus, & statuimus, modernioribus ex Collegialibus munus Secretarii vni competit, eligendo ex eis habiliorem, per quem gesta Collegii secretiora, in congregatis aca, scribantur in libro pro dictis gestis scribendis habendo: ut si in posterum, super aliqua redēcēnēda, dubium, vel contentio suboriat, vel quis Collegialium iam deereta aliter praeticare præsumferit, per prædictum librum habeat recursus, vt decreta Collegii firma, & stabilia serventur: & prædicti Collegialis Secretarii scripta à se signata fidem facere volumus; in quo libro scribantur omnes electiones reliquorum officialium dicti nostri Collegii, sicut quævis alia solemniter decreta.

## §. II.

**I**tem ordinamus, quod sit alter liber, in quo dictus Secretarius scribat admissions, & possessiones omnium, & singulorum, in Collegiales recipiendorum, assignando diem, annum, & mensem, ac Collegiales, quibuscum celebrata fuit eiusmodi electio, receptio, & possessio. Necnon scribat diem, & annum, quo quisvis Collegialium est Collegio recedit, & munus, ad quod recedit; & si decursu temporis ad alia munera, Prabendas, seu dignitates fuerit promotus, similiter in hoc libro annotabit, ut memoriz posteriorum commendentur.

## §. III.

**I**tem statuimus, quod de illis omnibus, quae in praedictis libris a dicto Collegiali Secretario sic fuerint scripta, poterit de licentia Rectoris, & Consiliariorum, vel si gravitas materiae id exigat, de licentia Collegii, certificare in scriptis ad partis petitionem, quam certificatiuncula Sigillo majori nostri Regalis Collegii signatum, & a dicto Secretario subscriptum, tam in iudicio, quam extra illud fidem facere, statuimus. Liber Capitulorum Collegii sit in Camera Rectorali; admissionum autem Collegialium sit in Archivo Collegii.

## §. IV.

**I**tem volumus; quod dictus Collegialis Secretarius scribat acta Collegii statim post celebrationem congressus in eadem Camera Rectorali coram Rectori, & Consiliariis, ut praedicta acta Collegii firmioribus rubricis exarentur. Item annotabit in Libro actuum Capitulorum puncta, quae Oppositoribus obtigerint, & illud, quod electum fuerit ab unoquoque pro oppositione facienda.

## §. V.

**I**tem dictus Collegialis Secretarius epistolas missivas Collegii scribet, & antequam subscriptantur, tradet Rectori, & Consiliariis, ut si opus fuerit, illas corrigan, & conformiores reddant: quas sic emendatas Rector, & Consiliarii subscriptent, & post illos Collegialis Secretarius. Epistolas autem ad Ecclesias Praelitos, vel Ecclesiastica Capitula, seu magnos Castellæ Heroes mitendas, scribet solita urbanitate. Ad Acta Capitularia, aliavè in ipsa celebratione congressus scribenda, sedebit in infima parte, sive in inferiori extremitate mensæ Rectoralis. Item dictus Secretarius intimabit, sive nota faciet, cui oportuerit, decreta, penas, monitiones, & si quæ sint alia, cuiusvis Collegialium, officialium, & Famulorum de jussu Rectoris, & nostri Collegii, notificanda. In omni similiter eventu, in quo aliquæ petitiones, notificationes, & alia id generis debeant Collegio notari, dictus Secretarius, prius obstante licencia, nota faciet.

# CONSTITUTIO XII.

## DE OFFICIO PROVISORIS, ET BIBLIOTECARIL.

§. I.

**Q**uis Rector, & Consiliarii non possunt in rebus subalteriorum Officialium esse semper intentos, nec decet Rectorem, hiscè versari, volumus, quòd moderniori Collegiali Officinas Provisoris pertineat, cuius munus erit, coco providere de omnibus ad prandium, & cœnam necessariis, neçnon curare de promptitudine, copia, & munditie alimentorum, atque de eorum jucundiori condimento secundum dierum solemnitates. Item curam habeat, ne Familiares, seu Fatiuli, siat negligentes in mundando, & evertendo Refectorio, ut hora solita parata sint omnia, quæ ad prandium, sive cœnam requiruntur: & vt Famuli promptiores reddantur, ultimo quadranti horæ ante prandium ipse Provisor ad Refectorium properabit, vt de his omnibus satagat.

§. II.

**I**tem præsens erit, dum cocus portiones carnis, & piscium scindat, ponderet, & distribuat. Si verò vel in coco, vel in aliis Officialibus subalternis omissionem, vel negligentiam in suis respectivis Officiis corrigendam repererit, illos per se moneat, & corrigat; & non emedatos Rectori denuntiet, ut vel ipse, vel Collegium secundum qualitates defectuum judicium fetat de pæna ipsis imponenda. Si pro solemnitate alicujus dicti dubium patiatur circa disponenda pro decentiori prandio, vel cœna, vel circa maiores sumptus, in illis imparienda, aderit Rectorem, & Consiliarios, quibuscum ager de suborto dubio, & quam tulerint ipse Rector, & Consiliarii resolutionem, executioni mandabit.

§. III.

**I**tem ordinamus, quòd tempore supra statuto ad eligenda officia unus ex Collegialibus eligatur in Bibliotecarium per publica suffragia, apud quem sit vna ex duabus clavibus librariæ, quæ tribuatur Collegialibus volentibus studere; & altera sit apud Rectorem. Hujus Bibliotecarii munus sit curare, ut per Familiares, vel per alium servitatem dicti Collegii tergantur (saltem ter in anno) libri dictæ Librariæ, & ut hæc mundetur. Item, quòd in dicta Libraria sit atramentum calamis, & atramentario scriptorum patatum.

§. IV.

**I**tem volumus, & ordinamus, quòd singulis annis intra mensem Decembri coram Consiliariis tradantur omnes libri dictæ Librariæ

riæ à Bibliotecario , & Rectori antecessoribus per inventariū titulū novis Bibliotecario , & Rectori quod inventarium servetur in Archivo dicti nostri Collegii , subscriptum à Rectori , Bibliotecario , & Consiliariis ; & dictos libros nullus eorum possit intra , vel extra Collegium alieni commodare ad scribendum , nec ad studendum , nec à Libraria extrahere à Rectori , & Collegialibus . Si tamen quis contrarium fecerit , possit à Collegio puniri ; & in hoc valde solliciti debent esse Bibliothecarius , & Rector , ut potè reddere tenentur per inventarium omnes libros eorum successoribus .

## CONSTITUTIO XIII.

### DE OBSERVANDIS A TYRONIBUS TEMPORE TYROCINII.

**M**oderniores Collegiales magis instructos esse oportere , est perspicuum , in statutis , legibus , ac cæremoniis , quas observare tenentur toto temporis curriculo , quo in nostro Collegio extinent : Propterea volumus , quod Magister Cæremoniarum vigilanter sic in Tyronibus instruendis , illisque in pacientia exercendis . Post triduum ergo in suis cubiculus observatum scribent Canonicis , dignitatibus , vel in aliis munieribus constitutis , qui sint , vel fuerint Collegiales dicti nostri Collegii , obtentam possessionem Præbenda , vel in vestitu , & Collegialis , ut tales habeantur , & existimetur .

#### §. II.

**I**tem ordinamus , quod primi sex mensibus à possessione clamideis dicti Tyrones fugiant publica conventicula cum Collegialibus antiquis , & non , nisi vocati , antiquorum Collegialium cubicula ingrediantur : sed suo quisque in cubiculo erit vacans literarum , constitutionum , ac cæremoniarum studio . Item si quis moderniorum Collegialium aliquem ex antiquis obvium habeat , statim sistat , aperto capite , & pileo ad pectus apposito , & sic erit , donec Collegialis antiquus processerit .

#### §. III.

**I**tem volumus , quod nullus moderniorum Collegialium pro duobus primis Tyrocinii annis de domo Collegii , vel solus egrediatur , vel cum aliquo ex modernioribus , sed semper egreditur associatus cum Collegiali , qui duos integros Tyrocinii annos transfererit , & cum expressa Rectoris , vel Vice-Rectoris licentia . Item ordinamus , quod cum quis Collegiarum antiquorum moderniorum citaverit , ut illum comittetur , statim , facta venia , sumat clamidem , & hac more solito in humeros

meros positi , descendat ad inferiores columnas Collegii , vñique ex illis adhæc sūstans stans , vñque quò Collegialis antiquus adveniat egressurus , quem comitabitur ad sinistrum latus per vnum passum ab illo distans & vbi cùm fuerint , modernior non loquatur , nisi de licentia pravia antiquioris . Quòd si Rectorem comitetur quivis Tyronum , procedat post illum per duos passus distans , & nulli loquatur , sed ad brevissimè loquendum veniam à Rectore petat .

#### §. IV.

**I**tem in dictis Tyrcinii annis per Collegium non gradiantur sine pilco , sed semper incedant cum integro vestitu Collegiali præter clamidem , qua utrebuntur , quando cæteri Collegiales illa vrantur . Item semper incedant modesti , & antiquis summissi , non loquentes nisi rogati , & quibus possint , paucioribus verbis , vt in omnibus appareant modestiæ speculum .

#### §. V.

**I**tem ordinamus , quòd non licet dictis Tyronibus , cum Familiariis incedere , nisi post transactos duos Tyrcinii annos . Et eisdem annis durantibus , si quis Tyronum fuerit Sacerdos , Sacrum conficiat in Capella nostri dicti Collegii , & non alibi , nisi cum Rectoris licentia . In omni eventu , in quo concurrant cum aliquo Collegiali ex antiquis , locum inferiorēm semper occupabunt , nec sedebunt , nisi prius petita licentia . In reliquis omnibus observabunt dicti moderniores Cærimonias à Magistro Cæmoniarum ipsis docendas .

## CONSTITUTIO XIV.

### DE CONFERENTIIS LITTERARIIS.

#### §. I.

**Q**uoniam per non vsum omnia indeterius declinant , volumus , & statuimus , quòd à die Dedicationis Sancti Michaelis Archangeli , vñque ad Pascha Resurrectionis Domini singulis Hæbdomadæ (nisi justa causa interveniat , vt ad alios dies transferatur) per integrum horam Collegiales congregentur ad conferendam aliquam quæstionem Theologicam , Scholasticam , Positivam , vel Moralem , vel Canonicam , quæ assignata , & subscripta à singulis Collegialibus defensantibus , figuratur singulis Sabbatis manè in loco ad id designato : hora verò dici pro hujusmodi conferentiis habendis assignanda erit à Rectore ; & tam in defendendo , quam in arguendo servetur ordo antiquitatis Collegialium , incipiendo à modernioribus in defendendo , in arguendo

verò

verò ab antiquioribus; ita ut modernior proponat, & defendat, & moderniori duo antiquiores, vel plures, si tempus superflue, argumen-tentur: & sic deinceps defensio ascendat per Collegiales à moderniori ad antiquorem, argumenta verò ab antiquiori ad moderniorem descendant.

### §. II.

**I**Tem volumus, Rectorem pluribus negotiis intentum non includi in prædicto ordine, sed quod sit exceptus à descendendo, & arguen-do: teneatur tamen saltem dictis conferentiis inter esse, vt zelet modū, & profectum reliquorum Collegialium; & liceat ipsi Rectori, no-tam-en teneatur, aliquando arguere possibili brevitate, ac gravitate, quæ decet decorum sui Officii. Quod si aliquando propter aliquam justam causam post inceptam propositionem quæstionis Rector audeat locum conferentiarum, incedet, duobus Familiaribus passim præcuntibus, & ad introitum dicti Rectoris surgent omnes Collegiales, qui, Rectore sedente, sedebunt, & antiquior narrabit Rectori statum propositionis quæstionis, qua audita, jubeat Rector, prosequi proponentem in ex-planatione quæstionis conferendæ, vel arguentem in argumento. Ar-gumenta vero ad signum Rectoris finiantur.

## CONSTITUTIO XV.

### DE OBSERVANDIS A SINGULIS COLLEGIALIBUS.

#### §. I.

**S**icut omne corpus loco motivū anima regitur, sic corpus cuiuscum-que communitaris debet animari, gubernari, & regi urbanitate, gravitate, modestiæ decore, ac Sancto Dei timore, qui sapientiæ initium est; quæ omnia decent sanam, & sanctam educationem, in qua splendere volumus omnes Collegiales: ideo in primis statuimus, & ordinamus, quod omnes Collegiales confiteri, ac Sacrosanctum Christi Corpus assumere Festivitatibus sequentibus teneantur. In feria quinta Dominicæ coenæ Rector, omnes Collegiales, & Familiares cum Collegii servitoribus pro Communitate Sanctam Eucharistiam susci-plant in dicti Collegii Parochia eadem forma, ac solemnitate hactenus observatis, pro præcepto nostræ Sanctæ Matris Ecclesiæ adimplendo, prius omnibus Collegialibus inter se veniam petentibus, ad invicem-que se amplectentibus. Item in Pentecostes prima die, ac diebus Assumptionis, & Conceptionis Dei Genitricis Virginis Mariæ, vel in Capella Collegii, vel in alia Ecclesia.

**I**tem statuimus, & ordinamus, dictos Collegiales tam inter se, quam apud straneos exactissime observare omnem urbanitatem, & modestiam, in quo diligentissime se gerat Cæremoniarum Magister, ut ab omnibus observetur, quatenus in ejus observatione est vita, decor, & splendor nostri Regalis Collegii. Itaque Tyrone antiquis, antiqui antiquioribus, antiquiores vero Rectori protinus subjiciantur, illumque toto cordis affectu reverebuntur, illi in omni eventu meliorem locum praestando, & omni summissione alloquendo.

**I**tem ordinamus, quod cujuscumque qualitatis, vel antiquitatis Collegialis sit, si intra, vel extra Collègium Rectorem obvium habeat, sifat, cedendo Rectori opportuniorem, decentioremque transsum, & nullatenus illinc dimovetur, usque quod Rector saltē per decem passus recesserit, & si locus non sit adeò distans, usque quod non videatur, ut alibi relinquitur statutum. Si vero vel in Ecclesia, vel in Vniveritate, vel in Regali Chancellaria, aliove simili publico loco apparuerit, Collegialis, seu Collegiales illum videntes sistent in cæremonia appositi, signum Rectoris expectantes, ut a loco recedant.

**I**tem volumus, quod si Collegialibus in aliquo loco tum publico, tum secreto congregatis, Rector advenerit, omnes surgant, qui ne sedent, usque quod Rector transiens federit. Si vero cum Rectore Collegialibus congregatis, quisvis Collegialium advenerit, distans per decem saltē passus, sifat, in cæremonia possitus usque ad signum Rectoris, quod factò, caput inclinando, ad suam transeat sedem. Item nullib[us] locorum quis Collegialium occupet locum superiorem in conspectu Rectoris; nec cum illo concurrat, ubi facie ad faciem illum videat: quod si Rector accedit, quod aliquis Collegialium supremum locum obtineat, iste suum cedat Rectori; & qui Collegiales fuerint in ejus conspectu, recedant, seque colorent, ubi Rectorem non videant.

**N**ihilus Collegialium alterius cubiculum ingrediatur, quin prius bis pulser ostium, & ipsi respondeatur ab intus; si tamen in eodem cubiculo sit Rector, vel postea advenerit, non ibi permaneat nisi de jussu Rectoris. Item volumus, quod dicti Collegiales caueant concurrere in functionibus tam in Sacris, quam in Sæcularibus: si tamen justa de causa, decentiorem locum obtineant; quod si decentiora loca per alios inveniantur occupata, minimè sedeant, sed stantes concur-

rant.

rant. Intra mœnia Civitatis Granatensis non ambulabunt nisi in suo Collegiali habitu cum clamide : si verò ad alia oppida trasmeaverint, illic in habitu talari Clericali incedant cum suo Familiari. In Ecclesiis non affectabunt nimiam devotionem , sed erunt modesti, devoti , & circunspecti, à carniculis, & conventiculis separati, nulla inter se, nec cum aliis loquentes, nec re curiosè aspicientes.

### §. VI.

**I**tem ordinamus , quod Collegiales de Collegio egredientes regrediantur ad Collegium , ante quam fores claudantur , & præcipue vespere, nè in Solitis horis cum clamide in populo videantur. In exitu, & ingressu in Collegium caput discooperiant. In omni ingressu , vel egressu de quocumque loco, si fuerint duo Collegiales, antiquior parùm sistens in foribus , veniam faciat moderniori, quasi illum invitans ad latus dexterum; & moderniore se inclinante, antiquior incedat dexterum latus occupans. Similiter post regressum ad Collegium, dum intra claustra velint se separare, ad invicem sibi veniam facient : Collegialis verò associans Rectorem, illum semper comitetur usque ad cubiculum Rectorale, ubi à Rectori veniam petet ad recedendum , & depoñendam clamidem. Dum per vias Civitatis incedant, neminem in medio assument, nisi qui olim fuerit ejusdem Collegii Collegialis.

### §. VII.

**I**tem quories interloquendum nominari debeat persona Invictissimi Imperatoris Caroli Quinti, dicti Collegii Fundatoris, sic erit nuncupanda : *Dominus Imperator Carolus Quintus Dominus meus.* Si verò nominare occurrat Rectorem, semper dicti Collegiales dicent : *Dominus Rector.* Si alium ejusdem communictatis *Dominus N.* Semper tamen, quod Dominus Imperator, Rex, Supremus Pontifex, vel Rector adveniant nominandi, tollant pileum. Item quandò duo Collegiales adierint Vniverstitatem, vel alium locum, ubi sint separandi, si unus illorum non transegerit unum integrum annum Tyrocinii , non ambulabit hinc inde, sed sistet, & positus in cæteronia manebit spectans Socium antiquum, ut revertantur.

### §. VIII.

**Q**ui solus de ambulaberit, & obvium habuerit alium , qui olim fuerit Collegialis ejusdem Collegii , sumat latus dexterum ipsius, ita ut è duobus Collegialibus , quorum alter fuit , & alter nunc est ; qui est, meliorem occupet locum. Item nullus Collegialium per vias Civitatis ambulet sine alio Collegiali , vel saltem sine uno ex Familis, præterquam per insulam ipsius Collegii, id est, solus ire poterit quivis Collegialium ad Vniverstitatem, Ecclesiam Cathedralem, & alia

**s**ilia loca sic Collegio propinqua. Si tamen aliquis solus longius eat, puniendus existat, sed in egressu cum Famulo, Tyronibus nullatenus est dispensandum.

## §. IX.

**T**em volumus, quod cubicula, sive habitacula Collegii distribuantur secundum vniuersusque tempus Collegii: & quovis cubiculo vacante, illud eligat Collegialis antiquior, & illo nolente, qui antiquitate Collegii illi succedat, & sic deinceps per reliquos Collegiales, quin alia qualitas gradus, vel ordinis, sed sola Collegii antiquitas ad eligenda cubicula attendatur, praeter Rectorem, cuius officio est domicilium deputatum. Quod si contigerit, cubiculum vacare, & Collegialis, qui habet jus ad illud, fuerit absens cum licentia legitima sui Rectoris, spectetur, vel alius pro eo eligat, si habuerit in mandatis ab ipso absente.

## §. X.

**T**em quoties in Collegio congregentur, sedebunt ordine antiquitatis Collegii, & eodem ordine extra Collegium, praeterquam in concurso Cathedris, & Præbendis obtainendis; in his namque casibus sedebunt juxta vniuersusque antiquitatem in gradu, prout moris est in ceteris Doctoribus, & licentiatis. Quivis Collegialium, qui tempus Tyrocinii adimpleverit, habeat jus citandi pro suo libito ad egredendum quemvis ex modernioribus non dum citatis; qui enim per alium fuerit præcitus, nullatenus admittat citationem alterius, quamvis antiquioris; praeterquam in casu, quo Rector velit egredi de domo Collegii, qui poterit citare Collegialem ab alio citatum: hic tamen moneat Rector de prævia alterius citatione ipsi facta, ut provideat, quod oportunius judicaverit, ne alteri Collegiali lœdatur ex ignorantia; sed ipse Rector semper præferri omnibus debet.

## §. XI.

**T**em Collegialis citatus statim semoveatur à quocunque impedimento; & poterit excusari pro illis horis, quibus teneatur legere in Universitate, si fortè Cathedram obtineat, vel alia notoria justa causa interveniente. In congressibus Sæcularibus, sive in illis locis, in quibus Populus congregatur, vel recreationis, vel alterius jucunditatis causa (vulgò passeos) Collegiales non inveniantur, sed fugiant omnem occasionem ejusmodi concursus popularis; quod non est intelligendum, quando concurrunt pro Collegio in loco decenti, & cum insigniis ipsius, ac autoritate, quam præscripsimus pro publicis congressibus celebrandis.

## §. XII.

**T**em cubicula , sive habitationes Collegialium nullo stipulectili ornata habeant , nullisve picturis pretiosis , vel profanis ; sed ea tantum in cubiculis habeant , quæ modestiam & decentiam non excedant. Nocte , & tempore conferentiarum litterarum Collegiales nullum hospitem admittant , nec ullus extraneus in Collegio pernoctabit , nec aliquis Collegialium , cum sit in urbe Granatensi.

## §. XIII.

**T**em Collegiales quovis titulo , prætextuè abeuntes extra Civitatem Granatensem cum licentia Rectoris , quam primum ad illam revertantur , & redeuntes dirigantur ad domum Collegii in eodem habitu , quo iter fecerunt ; quin illis licet ad domum , etiam parentum , prius adire , quam suo Rectori præsententur ; quod si Rector absuerit , spectabunt donec adveniat ; nisi Rectoris absentia fuerit diuturna , in hoc enim casu præsentabuntur coram Vice-Rectoro , vel antiquiore . Per Collegium clamidè non utantur nisi ad congressum electionis Rectoris , vel possessionis alicujus clamidis , vel quando revertantur ad Collegium usque ad proprium cubiculum , sed solum antiqui : Tyrones super unum humerum ab interiori porta Collegii.

## §. XIV.

**Q**uotiescumque figantur edita per Universitatem Granatensem , vel per capitulum alicujus Ecclesiæ Cathedralis , vel Collegiatæ pro aliqua Cathedra , vel Canonicatu Officii , per concursum conferendis , Rector Collegiales congregari jubeat , quibus proponat Cathedram , vel Præbendam vacantem , ut ibi , vel alia die , quæ oportunior judicetur , congregentur ad nominandum Oppositorum dictæ Cathedræ , vel Præbendæ , qui saepius antiquior ex Collegiis intra Collegium existentibus nominandus erit , nisi intercedat evidentissima causa , per duas trium partium Collegialium comprobanda , ut loco antiquioris Collegialis aliis in Oppositionem eligatur , in quo conscientias Collegialium graviter oneramus , ut non fiat præjudicium antiquiori ; vel nisi per competentem partem Doctorum , vel Canonicorum , qui ad Cathedram , vel Præbendam sunt promoturi , Collegio fiat petitio , ut veniam præstet minus antiquo præantiquiori : quia Universitati , vel suæ Ecclesiæ utiliorem judicaverint ; quibus in casibus electio Oppositoris judicio Collegii relinquenda erit , ut matruius , ac in omni eventu consulat , ac provideat omnia , quæ sint ad maiorem utilitatem , ac augmentum nostri Regalis Collegii.

## §. XV.

**T**N dictis vacantibus, soli Collegiali nominato sunt applicanda Officia, suffragia, ac literæ testimoniales Collegii; & Collegialis nominatus dictam electionem de se factam teneatur acceptare intra tres primos dies ab ejus electione, quibus transactis, & electione non acceptata, jus dictæ electionis statim amittat, & in ipsius loco sequens, vel qui oportuerit, Collegialis nominetur. Si forte aliqua contentio tumultuaria inter Collegiales (quod absit) orta fuerit, Rector illam sedare proviribus studeat, & intellecto principali motore, Collegium congregabit, vt de ipsius iudicio illum puniat.

## §. XVI.

**S**i vero oriatur quæstio inter Rectorem, & quempiam Collegialum, Consiliarii curam habeant illi imponendi silentium sub comminatione gravioris peccati pro liberiori licentia adversus Rectorem, ac Collegii caput, facta, ab ipsis Consiliariis declarandæ, ac per Collegium confirmandæ: quæ omnia singuli Collegiales exequi teneantur sub pena præstiti juramenti, in quam si Rector incurrisse comperiatur; fætum, & iterum præmonitus, & non correctus, officio privandus erit, privatione per suffragia, seu vota secreta perdutas trium partium minus Collegialum in congressu facienda; à qua solum appellare ad Regiam Cameram liceat.

## §. XVII.

**T**em volumus, quod Collegiales actuales tales sint in nostro Collegio per spatum decem annorum ab ingressu, sive possessione clamidis continuò computandorum; de prædictis tamen decem annis detracto tantum tempore, quod aliquis Collegialis consumpsit, & abfuerit pro Oppositionibus Præbendis faciendis, vel pro negotiis nostri Collegii, ejus jussu, & in ipsius obsequium, utilitatem, ac causam expediendis, quod quidem tempus in prædictis decem annis Collegiali, vel Collegialibus absentibus computari minimè volumus.

## §. XVIII.

**T**em ordinamus, quod dictis decem annis transactis, & à Collegiali, vel Collegialibus impletis, hi permaneant in dicto Collegio; quos Collegiales actuales omni respectu, & amore tractabunt, tamquam emeritos, ac nostri Collegii Seniores: qui quidem Collegiales (Hospites vocati) tantum careant voce activa, & passiva, id est, nequeant eligere, nec eligi, nec se intromittere resolutionibus, aut Collegialum vocalium congressibus. Sed volumus, vt quoties oportunum judicaverit Collegialum vocalium congressus, consilium inquireat aliqua super resolutione, attenta materiæ tractaræ, vel tractandæ gravitate

vitate, dicti Collegiales Hospites, vtpore magis instructi, ac experti in nostri Collegii negotiis, à Rectori vocati ad congressum pro expedientiori, ac prudentiori deliberatione accedere teneantur, & actuales Collegiales illos informent de eorum judicio, causisque, ac rationibus, quibus innituntur; verūm dictorum Hospitum rationis dictamina meæ consultationis vim habebunt, quibus auditis, resolutio vnicè ad actuales Collegiales expectabit.

### §. XIX.

**I**tem statuimus, & ordinamus, quòd si aliquis Collegialium existens, in quacumque parte temporis ultimi anni sua actualitatis, dummodò decem anni impleti non sit, electus fuerit in Rectorem, vel Consiliarium, non hospes fiat usque ad annum sui Officii compleatum, etiam si, antequam compleatur annus sui Officii, prædictos decem annos supra assignatos adimpleat. Item prædicti decem anni supra assignati pro Hospite faciendo non cōputentur Collegialibus Capellaniis nisi à die, qua possessionem obtinuerint Præbenda & Collegialis vocalis. Quæ hæc nostra statuta, nè Collegium corrutat diuturnitate, volumus, & mandamus, ipsius nostri Regalis Collegii prosperitati, & splendori prospicientes, à Rectori, & Collegialibus inviolabilitè observari, & perpetuò exequi.

## CONSTITUTIO XVI.

### DE OBSERVANDIS IN REECTORIO.

#### §. I.

**V**olumus item, esse quendam locum, ad prandium, & cœnam destinatum, quem, quia præficiendo corpore instituitur, Refectorium nominare volumus; in quo erunt mensæ pro oportunitate loci, & numero Collegialium cum mapis mundis, & omnibus aliis, ad prandendum requisitis cum omni decentia; sed sine prolixitate, vel superfluitate. Item ad hunc locum convenire teneantur omnes Collegiales à die Paschatis Resurrectionis usque ad diem Festi Sancti Michaelis Archangeli hora undecima ante meridiem; & ad cœnam hora octava vespertina; & à prædicto die Sancti Michaelis Archangeli usque ad Pascha Resurrectionis hora undecima, & dimidia ante meridiem ad prandium; & ad cœnam hora octava, nisi iudicio Collegii, vel falso Rectoris, & Consiliariorum, alia hora convenientior videatur.

§. II.

**R**ector nè descendat ad Refectorium , nisi postquam Collegiales descendenterint , & sint expectantes adventum Rectoris , vel saltem sine tribus Collegialibus expectantibus , quibuscum constitutus corpus communitatis . Quòd si Rector aliqua urgenti causa , vel infirmitate , nequeat descendere , moneat per Familiarem Collegialem antiquorem , ne corpus communitatis moram patiatur . Collegiales expectantes in Refectorio Rectorem , sint sedentes (exceptis Tyronibus) & surgent ad ingressum Rectoris , qui semper veniat , præente uno saltem ex Familiaribus ; omnibus stantibus discooperitis , & debita cæremonia , antiquior Collegialium benedictionem petat , dicens : DOMINUS . Idemque Collegialis antiquior , si sit Sacerdos ; vel si non fuerit Collegialis , qui fuerit Sacerdos , benedicat per hæc verba : NOS , ET EA , QUÆ SUMPTURI SUMUS , BENEDICAT DEUS TRINUS , ET VNUS ; cæteris respondentibus : Amen .

§. III.

**P**randio , & coena finitis , Rector , facto signo , surgit : omnibusque surgentibus in cæremonia constitutis , qui dedit benedictionem , gratias aget , dicens : QUI NOS PAVIT IN TERRIS , IPSE DET COMPLEMENTUM IN COELIS . Et ut debitum gratitudinis obsequium persolvatur ; pro Anima Augusti Fundatoris Collegii Responsum per communitatem dicatur : & statim Rector , nullum expectans , primus egredietur . Rectori , ad coenam descendenti , candela accensa per unum ex Familiaribus , Rectorem præeuntibus , deferatur , quòd similitè observabitur , cum à Refectorio recedat .

§. IV.

**I**Tem tamen intra , quam extrà Refectorium , Rector cum aliis Collegialibus prandente , designabitur unus ex Familiaribus , qui soli Rectori inserviat : quin aliis Collegialibus prandium afferatur , nisi post quam Rectori allatum fuerit . Si quis Collegialium aliquo egeat , vocabit Familiarem , vas , sive buccellam feriens cum cutello : quin alta vox quidquam deposcat : Refectorium enim decet , magnum silentium , & modestiam observari à Collegialibus , se gerendo in hoc , & similibus actibus , prout talium Collegialium stricta exigit educatio .

§. V.

**T**N die venetiis , & aliis diebus abstinentiæ , Collegiales , quibus infirmitatis causâ essus carnis liceat , simul discubant in Refectorio cum abstinentibus : sed his solis inserviendum est : infirmis vero non , nisi post gratiarum actionem . Liceat alicui ex Collegialibus , aliquando pran-

prandere extra Refectorium, de licentia tamen Rectoris : sed laudabilis consuetudo prandendi in Refectorio non deleatur; in quo Rectorem volumus nimis sollicitum. Inter prandendum, dum vires corporis reficiuntur, animam quoque refici, oportet, lectione spirituali; quæ erit ex aliquo capite Sacrae Paginæ, vel de vita alicuius Sancti, Historiæ Ecclesiasticae, vel alterius doctrinae utilis; quæ non finietur, nisi ad signum Rectoris, cui illud facere liceat, quandocumque voluerit, sed præcipue post prandium finitum. Insuper volumus, has nostras constitutiones legi semel, saltem menses per binos, in Refectorio ; onus autem legendi incumbat Tyronibus (siqui fuerint) per Hæbdomadas inter eos distribuendas.

## §. VI.

**I**N feria quinta Cœna Domini sit prandium splendidius in honorem, & obsequium tam Sacrae Solemnitatis. Die autem sequenti mensa sunt sine mapis, & prossus nudæ; & Collegialibus, quibus per Rectorem inserviendum est, nihil aliud afferatur præter panem, aquam, & vnum, vel alterum discum hervarum sine lectione, nec alia prossus conversatione, nec in dicto die post prandium congregabuntur ad colloquendum, sed singuli Collegiales ad singula sua cubicula, silentes, recedant, memoria recolentes Dominicam mortem, & Domini nostri Jesu Christi Passionem.

## CONSTITUTIO XVII.

## DE VRBANITATIBUS, PER COLLEGIUM OBSERVANDIS:

## §.

## I.

**Q**uia oportet, omnem Collegialem educationi Collegii semper esse obsequenter: statutimus, quod Singuli Collegiales, qui de Collegio extra Civitatem Granatensem fuerint egressi ad aliquod munus, vel dignitatem obtinendam, quoties Granatam redierint, nulli alii publicè præsententur, quin prius Rectorem visitaverint: quem post præviam ipsius visitationem, & non aliter, visitabunt duo Collegiales nomine Collegii.

## §. II.

**I**N festo Nativitatis Jesu Christi Domini nostri nominet Collegium duos Collegiales, ut nomine ipsius felicitatem annuntient tanti Festi Præsidenti Regalis Ptaorii Granatensis, Archiepiscopo, vel alicui à nostro Cameræ consilio, vel à consilio Regali; aut Generalis alicuius Religionis, vel Magno Castellæ Heroi, si forte Granatae fuerint: necnón, & singulis, in dignitate, vel munere publico, constitutis, qui in dicto Collegio extiterint Collegiales. Eodem modo quoties Granatam

## K

## natam

datam pergant, vel Archiepiscopus, vel aliquis à nostro Camerę consilio, vel à consilio Regali, Præsidens Civitatis, Religionum Generales, vel Castellæ Magni Heroes, duo Collegiales erunt deputandi; ut nomine Collegii illos felicitent de bono suo accessu: quod observare fas erit, quoties Collegio expedire videatur.

**A**d Processionem in Festo Sanctissimi Corporis Christi, & ad quemvis aliud publicum congresulum, intrâ, vel extra Collegium, celebrandum, in vitandi erunt per Familiares de jussu Rectoris Collegiales, Granatæ extra Collegium existentes (qui alibi interesse non teneantur) ut cum actualibus sedeant. Pro gradibus Doctoratus, publicè conferendis, aderit Collegium in Theatro Universitatis Granatensis, circumscriptum per duos Familiares, duas extremitates Rectoris, & Collegialis ultimi occupantes (ut moris est) ad quod etiam invitandi erunt, qui olim fuerant Collegiales ejusdem Collegii.

## §. IV.

**I**tem concurrat Collegium (sine Familiaribus ratu) in generale dictæ nostræ Universitatis, uti haec tenus, in publicis disputationibus, & aliis actibus. In concursu pro Præbendis officiis nostræ Ecclesiæ Cathedralis, Capellæ Regalis, vel Ecclesiæ Collegiatæ Salvatoris, obtinendis, aderit etiam Collegium, sed sine Familiaribus: & si quis Collegialium in concursu comparuerit pro Præbenda obtainenda, in debitū gratitudinis obsequium laudes Augustissimo Imperatori, & Regali Collegii Fundatori percurrat, Collegialibus surgentibus, & stantibus in cæteronia, quo usque finiantur laudes, quæ à Collegio erunt efformandæ, & faciendæ, & his nostris constitutionibus adscribendæ.

## CONSTITUTIO XVIII.

### DE CURATIONE INFIRMORUM, ET FUNERALIBUS.

## §. I.

**V**olumus, quod si quis Collegialium in aliquam infirmitatem incederit, omni diligentia, & solitudine in ipsius mansione curetur; & de medicina, Medico, civariis, aliisque, ad ipsius medelam necessariis, sibi provideatur juxta infirmitatis qualitatem; & eadem curâ, & solitudine Familiaribus providendum erit: in quo Rector specialem admodum solitudinem adhibere teneatur. Quod si in infirmitate periculum immineat, ipse Rector Collegialem infirmum moneat, ut confiteatur, prout magis expediens judicaverit.

## §.

**V**erum tamē Eucharistia Sacramentum pro Viatico, & Extremæ Vnctionis ministrati non debeat, quousquè per Medicum ordinetur: & quando ex Medici consilio Collegialis infirmus Eucharistiae Sacramentum suscipiat, ab ipso Rectori monendus erit, ut de rebus suis, tam temporalibus, quam ad ejus conscientiam expectantibus, disponat: idemque Rector curabit, ut duo Collegiales, vel duo Presbyteri Sæculares, vel Regulares, prout ipsi infirmo majoris fuerit solatii, ipsum infirmum consolati, & exhibilariate discursibus spiritualibus debent, cetera providendo, quæ ad illius dispositionem, si mortuus suspiciatur, necessaria reputentur. Si verò infirmitas ad mortem usque pervenerit, Rector Collegium convocet, ut infirmo in mortis articulo adsit, & post obitum funeralia disponat.

§. III.

**S**i Collegialis decesserit è vita, Magister Cæremoniarum disponat, cadaver decentè in Capella Collegii constitui, & cum pompa funerali, omnique solemnitate, statui, ac dignitati Collegialis conveniente, judicio Collegii, sepeliri. Juxta cadaver Collegialis, in capella expositum, duodecim faces, & sex candelæ; & sex alia ad Altare apponentur. Quod si defunctus Rector sit, idem observabitur; si verò vita functus fuerit Familiaris Collegii, ad ejus cadaver apponentur sex faces, & quatuor candelæ.

§. IV.

**P**ost obitum vniuersusque Collegialis, tam eorum, qui sunt, quam corum, qui olim fuerint, singuli Collegiales, tam præsentes, quam absentes sint, duas Missas celebrare, & offere, si sint Sacerdotes, vel pro eis respondentem elemosinam dare, si non sint, teneantur. Et ne suffragia differantur, curabit Rector, ut per Collegialem Secretarium omnes, qui in hoc nostro Collegio Collegiales extiterint, certi fiant de obitu Collegialis defuncti.

§. V.

**C**um verò adeat Collegium hujusmodi solemnibus funeralibus, singuli Collegiales caput pileo cooperiant, nisi ad elevationem Eucharistiae usque ad ejusdem sumptionem; quo tempore discooperiantur, & clamidem collo, & ori circumligent more solito reliquorum Collegialium. Sumptus ramen pro prædictis funeralibus deducantur ex bonis Collegialis defuncti, vel ab ejus Patre petantur. Si verò nequè ab uno, nec ab altero, deduci possint propter eorum inopiam, tunc casus fiant à Collegio. Si quis Collegialium extra Collegium, sed vel intra mœnia Civitatis, vel in sub urbani cōtingat decedere, ipsius cadaver sine pompa ad Collegium deferatur, & postquam in Capella collocetur; cetera fiant, ut supradictum est.

§.

# CONSTITUTIO XIX.

## DE FAMILIARIBUS COLLEGII.

### §. I.

**D**ecori, & majori complemēto nostri Regalis Collegii consulentes, utque Collegiales in suis exercitiis ad litterarum studium expeditiores inveniantur; volumus, & ordinamus, quod in prædicto nostro Collegio sint duo administras Familiares (vulgò *Famuli* nuncupati) qui sint de immaculata stirpe, & progenie, benè inclinati, moribus, & vita honesti, Grammatica, & primis saltem Philosophiæ rudimentis instruti, spem afferentes de suarum personarum bono lucro.

### §. II.

**V**acante, igitur, aliqua Familiatura, Rector congregabit Collegiū, prævia citatione ante diem, ut nota m faciat vacationem, qua intellecta, per Collegium commissio danda erit Rectori, & Consiliariis, ut disponant edicta pro Familiatura vacantis collatione; quæ subscripta à Rectore, Consiliariis, & Collegiali Secretario, in loco solito affigentur, ut omnibus innotescat: & qui Prætendentes reperiantur, in examen adducentur coram Rectore, & Consiliariis, præsente Secretario Collegii, ut fidem faciat de Grammatica, & primis saltem Philosophiæ rudimentis. Et scrutinia idoneorum per Rectorem, & Consiliarios (omni passione postposita) facienda, & per Secretarium obteranda, sic obserata, Collegio in congressu exponentur, & vnum ex contentis in scrutinis, qui magis idoneus reperiatur, per vota secreta, seu suffragia, Collegiales elegant, præcedente tamen secreta informatione vitæ, morum, & puritatis sanguinis eligendorum.

### §. III.

**S**ic electus in Familiarem, statim, ac certus fiat de electione, in sui favorem facta, gratias ager Rectori, & singulis Collegialibus pro gratia, nuper ipsi concessa: dictoque Rectori, & Consiliariis Memoriale Genealogicum præsentabit, ut publicè fiant informationes: quæ obsumptus vitandos committentur Collegiali præterito, in oppido originis electi reperto, vel ad duas leucas distanti; vel si hic ibi non inveniatur, committantur Commissario Sancti Officii Inquisitionis ibi existenti, vel in hujus defectu Beneficiato illius Ecclesiae, aut personæ debitæ fidei, à Collegio designatae, cui commissio subscripta, & obsignata (ut de Informationibus Collegialium alibi manet statutum) necnon Memoriale Genealogicum, & Interrogatorium mittentur, ad cujus thenorem informationes faciat; factas subscriptet, subscriptas obserabit, & obseratas ad Collegium transmitet, quæ per Collegium revisæ, & conformes reperte, approbabuntur; & sic approbatæ in Archivo reponantur cum aliis informationibus.

## §. IV.

**S**ic in Familiarem electus, simul, & approbatus, induat habitum Collegialibus communem; & sic indutus, pileoque ad pectus apposito, manu ducatur per Magistrum Cæmoniarum ad locum congressus Collegium, & genuflexus ad pedes Rectoris, sequens faciat sigilli in rebus Collegii observandi, & obedientia suo Rectori præstandæ juramentum.

**JURAMENTUM.**

**E**go Frater N. Regalis Collegii Sanctæ Catharinæ Martyris, Imperialis Vniveritatis Granatensis humilis alumnus, promoto per Deum vivum (tangit librum Evangeliorum) & per hæc quatuor Sacrosancta Dei Evangelia, à me corporaliter ata&t;a, acuratè servire, diligenterque prospicere omnia, & singula, quæ tendant ad majorem decorem, debitumque servitium hujus Communitatis, cui per totum vitæ meæ tempus inservire non desinam, inque incumbendo muneri, servandoque secreteo, ero diligentissimus. Sic me Deus adjubet, & hæc quatuor Sacrosancta Dei Evangelia.

## §. V.

**P**ost factum juramentum, Rector sumat scutum argenteum insigniorum nostri Regalis Collegii, & pectori Familiaris electi figat, dicens: *Quia jam te nostri Regalis Collegii Divæ Catharinae Martyris, Imperialis Vniveritatis Granatensis, dignum judicavimus alumnū, concedimus tibi in nostri Regali Collegio insignia, ut possis frui omnibus Privilegiis, die lo nostro Regali Collegio concessis, ut cursibus tuis peractis, ad majora valeas pervenire, & tandem vitam æternam consequaris in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.* Quibus finitis, Magister Cæmoniarum instruat novum Familiarem de omnibus, ab ipso observandis.

**EXHORTATIO FINALIS****PRO FIRMIORI NOSTRI REGALIS COLLEGII CONSERVATIONE.**

**P**raetatis jam ordinationibus, statutis, & constitutionibus nostri Regalis Collegii Divæ Catharinae Martyris, nostræ Imperialis Vniveritatis Granatensis, solum restat, Collegiales in eis observands esse semper intentos; animadvertentes, eò gloriiosiores, majorisque honoris digniores fore habédos, quò rigorosiores, & exactiores extiterint in observatione præstitarum constitutionum. Et quia pro temporis varietate potest contingere, ut vel ob negligientiam, vel zeli defectum Collegia lù futurorum, hoc nostrū Regale Collegium aliquod patiatur in posterum detrimentum, Judicem Conservatorem, & Protectorem pro tempore existentem hortamus, ut nostro nomine hoc nostrum Regale Collegium viribus cureret conservari, ac protegi in omnibus suis Privilegiis, Juri-bus, Exemptionibus, & Prærogativis, his nostris constitutionibus, vel alio titulo correspondentibus: se pro viribus opponendo optionibus,

L

infidisis,

intidii, & violentiis, quibus quilibet dictum nostrum Regale Collegium, & cius Collegiales extorqueat præsumpserit, præoculis habendo, illos in dictis offensionibus adversus Deum, adversus Nos, & justitiam agere: ut dictum nostrum Collegium, nostro Patrocinio, & adjutorio munitum, omnino detrimentum declinet, & ad feliciorem perveniat statum cum augmēnto in servitio Dei, & nostri: ac Reipublicæ, & totius Regni vtilitate.

Las quales dichas Constituciones aqui insertas, mando al Rector, y Colegiales, que aora son, y en adelante fueren, y à los demás Ministros, y Sirvientes del mencionado mi Real Colegio de Santa Cathalina Martyr, de la Imperial Vniversidad de Granada, cada uno en su tiempo, las guarden, cumplan, y executen, hagan guardar, cumplir, y executar en todo, y por todo, segun, y como en ella se contiene, sin ir, ni contravenir en manera alguna, so pena de la mi merced, y de las otras penas contenidas en las nuestras Constituciones; y para que estas tengan su entero cumplimiento, encargo, y mando al Juez Protector, y Conservador, por mi nombrado, del dicho Colegio, y à los que en adelante eligiere para este Empleo, zelen, y vigilen su observancia integralmente, segun, y como en dichas Constituciones se contiene, sin hazer, ni consentir, se haga cosa en contrario en manera alguna, SIN EMBARGO D E O T R A QUALQUIERA PROVIDENCIA, POR SER ESTA MI ULTIMA, E IRREVOCABLE REAL VOLUNTAD: encuya consecuencia mandé dar la presente, firmada de mi Real mano, y refrendada de mi infrascripto Secretario del Real Patronato, para que leída, y entendida por el Rector, Colegiales, Ministros, y Sirvientes del citado mi Real Colegio de Santa Cathalina Martyr, se ponga Original en su Archivo, à fin de que en todos tiempos conste, y aya, y tenga cumplido efecto, lo que aqui llevo resuelto, y mandado; y assimiloso es mi voluntad, y mando, que à los traslados, y copias autenticas, que se sacaren de dichas Constituciones, se les dé, aya, y tengan la misma fuerza, y validacion, en juicio, y fuerje de él, que à esta su Original, pues así procede de mi Real voluntad. Dada en el Pardo à quinze de Enero de mil setecientos y quarenta y uno. YO EL REY. &c. Yo Don Iñigo de Torres y Oliverio, Secretario del Rey nuestro Señor, lo hize escribir por su mandado. Registrada. Don Miguel Fernandez Munilla. Teniente de Canciller Mayor. Don Miguel Fernandez Munilla. Derechos treinta y siete reales vellon. Don Juan Blasco Horozco. Don Joseph Ventura Guell. Don Joseph de Bustamante y Loyola.